FRANCISCI

# ZOANNETTI

## I. V. DOCT. BONONIENSIS ÆQVITISQVE AVRATI,

Cæsareæ maiestatis consiliarij, & in Ingolstadiensi Gymnasio legum professoris primarij,

*Repetitio defensionis tripartita ad L. Vt vim. ff. de iustitia & iure.*

Additæ sunt ad marginem singulares quædam notæ Philiberti Bugnonij. I. C. Matiscon. & caussarum apud Lugd. patronum.

*Quæ in hoc opere continentur versa pagina summatim indicat.*

LITERAE ET ARMA PARANT (QUORUM DEA PALLAS) HONOREM.





LVGDVNI,
Apud Bartholomæum Molinæum.
M. D. LXI.

Ill.mo ac R.mo domino meo sumé colend. dño Cardinali Morono, f.s Zoannett. auctor (honoris et summæ reuerentie ergo.) d. d. Anno salutis humanæ 1564

# PARTE PRIMA DEFENSIONIS HÆC CONTINENTVR.

*Defensio proprij corporis aduersus priuatos.*
*Defensio rerum.*
*Honoris proprij tuitio ab iniuria uerbali.*
*Vbi & quando uita aliorum tam sanguine coniunctorum, quàm extraneorum sit nobis tuenda.*

## Parte defensionis secundæ.

*Defensio quatenus sit permissa: & quatenus inculpata tutela uim, nomenq; suum retineat.*
*Quonam pacto probanda sit iudici legitima defensio.*
*Iniuria personalis, quæ mortem non includat, quomodo propulsanda.*
*Excessus moderatæ tutelæ quis & qualis sit.*

## Parte defensionis tertiæ.

*Defensio contra Magistratum, qualis Magistratus erga subditos, & subditi erga Magistratum esse debeant.*
*Magistratui quid contra legem Dei præcipienti an, & quando sit parendum.*
*Auctoritas Conciliorum quanta sit contra obortas hæreses, noue traditur.*
*Tyrannus quis: & Rex seu Princeps quis: & an Tyrannus, defensionis ergo, possit iustè interimi.*

Illustris

# ILLVSTRISSIMO CLEMENTISSIMO, ET CATHOLICO PRINCIPI, AC

*Domino Domino Alberto Comiti Palatino Rheni, superioris & inferioris Bauariæ Duci &c. Domino & Principi suo longè benignißimo atq; colendißimo, Franciscus Zoannettus Iureconsultus S. D.*

MAXIMAM semper ueteres, optimè Princeps, uirtutis partem in illo positam esse dixerunt: qui de alijs bene mereri sedulo studeret. Si enim propter naturalem quandam inter homines cognationem nefas esse ducitur, hominem homini incommodum afferre: uicißim utiq; unum alteri in rebus honestis officium præstare, æquißimum est censendum. Singuli porrò homines cùm pluribus undiq; cognationis naturæ circulis teneantur,

quibuſdam latioribus, nonnullis arctioribus: uirtutis eſt profectò maximæ, unumquenque alteri pro circuli neceßitudine maiore aut minore in his, quæ iuſta ſunt, benè facere. Qua in re tu, Alberte Princeps excelſe, non modò bonis ac piis Principibus æqualem te ſtrenuè in omni tua uita præbuiſti: Sed & omnium ſuperiorum ætatum Principes ordinis tui quosque memoria dignos longè (mea quidem ſententia) ſuperaſti. Fuerunt aliqui erga egenos liberales: alij in ſupplices, & miſeros clementes: nonnulli erga amicos & familiares munifici: quidam erga homines peregrinos pij & hoſpitales: conſtantia quoque erga catholicam Chriſti, ueram & unicam ſponſam, eccleſiam claruere multi. At uerò in te (adſit uero fides) ſingulas penè horum omnium uirtutes, in te inquam uno, Alberte, cõiunctas quis non cernit. Sanè quidem, ut reliqua interim cunctis notißima omittam, illud uniuerſo orbi grauißimum memoratæ rei poteſt eſſe exemplum: quòd ſola uirtute, pietate, clementia, & fortitudine tua non ſit collapſa hactenus in interitum hæreſum tota inclinata dudum Germania. Niſi tu Dei ſpiritu ductus ſanctam religionem more maiorum fuiſſes unà cum ſocero & conſanguineo tuo, Cæſare Auguſto pijßimo Ferdinando ſtrenuè tutatus: niſi tu quidem ſanctum pectus Germana & optatißima conſtantia plenißimum habuiſſes. Nemo hac tempeſtate profectò amplius (humana omnibus indicat ratio) in Bauarico ſolo, nemo in Sueuico, Francico, aut Pambergenſi, Moguntinenſi, atq; Colonienſi, aut etiam Argentoratenſi, & Conſtantienſi, epiſcoporum ſeu Metropolitanorum

ſedem

*ſedem in ſua diœceſi teneret: fœdata in hac ſeptentrionali plaga Catholica religio (miſerandum dictu, ſed cognitu neceſſarium) ubique paßim hodie iaceret. Non hæc ideò commemoro, benignißime Princeps, quo uel ea uelim auribus tuis dare: uel te non debuiſſe uiſceribus piæ Matris eccleſiæ hæc & ſi licuiſſet, ceu filium gratum & pium, quoque maiora præſtare, dicere cogitem. Enimuerò potius tuum de ſancta eccleſia, deq; præſulibus eius & grege domini excellens ac memorabile benè merendi ſtudium recenſendum mihi hoc loco fuit: ut & uirtutem in te diuinam planéque immortalem præfulgere oſtenderem: & quæ anno ab hinc decimo Iulio tertio Pōtifici Maximo Romæ de tuis ſerenißimæque Domus Bauariæ meritis (neque ſine optato iſtius celeberrimi Gymnaſij fructu illa) coràm expoſui, meo quandoque ſcripto eadem palàm conteſtarer. Boni nanque uiri officium exiſtimaui, ea ore affirmare, quæ olim poßit ſcripto publico poſteritati etiam tradere. Cæterùm multo pauciora hæc, quàm uel incomparabili tuæ uirtuti paria uideri poßint. Nec porrò minore animi magnitudine bonarum literarum ſtudia foues, ſimul & dulcißimam patriam colis: dum & uiros ſapientißimos doctißimosque archanis, prouinciæq; tuæ amplißimæ negotiis cum primis adeſſe uelis, & uniuerſitatem hanc tuam (exteris pluribus huc euocatis) clari nominis refertam profeſſoribus auidè cernis. In quorū numero ſum unus ego equidem gratia & fauore tuo, licet minimus. Qui cùm ab optimo parente tuo ſanctißimæ memoriæ è patrio Bononienſi Gymnaſio annos ante duodecim fermè ad profi-*

*tendum Iuriſprudentiam Ingolſtadium fuerim magnis fauoribus accerſitus, tantam interim Celſitudinis tuæ benignitatem atque clementiam ſum expertus, ut maiorem uix unquã deſiderare potuerim. Teſtantur id ipſum manifeſtè, ut plura id genus alia, binæ etiam literæ Philippi Regis catholici, affinis & conſanguinei tui ad te mei tantum cauſſa ſcriptæ: quas, uelut honoris & dignitatis meæ certißima teſtimonia, benigna manu adſeruandas mihi tradidiſti. Proindè ne ipſe uentrem, qui ſolus ut in prouerbio eſt) beneficiis acceptis ingratus eſt, imitari dicar: publico qualicunque teſtimonio meam erga te perpetuam obſeruantiam & humilem gratitudinem haud ſemper reticendam putaui. Verùm & ſi gratitudine obſequioque meis parum gloriæ aut certè nihil Celtitudini tuæ ſit acceſſurum: non tamen (ſi Diotogeni Pythagorico credimus) in relatione gratiæ, quam tibi nullo me unquam tempore poſſe referre arbitror, tam precij magnitudo, quàm ingenium ac uoluntas referentis ſpectãda eſt. Gratiam itaque uerius aliquam pro mea uirili habebo, quàm referam: nec utique illam tuis erga me meritis ulla ratione dignam, ſed uiro alioqui ſtudioſo non omnino fortè indignam. Tractationem igitur defenſionis, quam Tripartitam defenſionem appellare libuit, auſpicacißimo nomini tuo, reuerentiæ & grati animi ergò, dedicare uolui. Tripartitam etenim defenſionem hunc librum idcircò nuncupaui, quòd in tres opus totum diuiſerim partes. Tutelam enim proprij corporis, rerum, & honoris, ac quando ſint alij nobis quoque tuendi, pars prima operis continet. Defenſio qua*

*sio quatenus homini sit permissa, quatenusque inculpata dicenda, atq; item excessus eius quis, in secunda potissimum habetur parte. De resistẽdo, defensionis causa, Magistratui, & qualis Magistratus erga subditos, uicissimque subditi erga Magistratum esse debeant, & an Magistratui quid cõtra legem Dei iubẽti obedire semper oporteat, deq; Tyranno & uero Principe, conciliorũ obiter explicata auctoritate, in postrema libri agitur parte.*

*Quamobrem opus ita manu scriptum cùm ante menses aliquot ad Georgium Sigismundum Seldium Cæsaris Vicecancellarium, ceu ad alterum Sabinum, uel (ut eum sæpius ob ingenij nimirum acumen cum summa eruditione coniunctum appellare soleo) nostri æui Papinianum misissem: auctor mihi per literas fuit, ut Principi cuipiam bono illud offerrem: ratus fortaßis, Principi bono conuenire librum, ubi quid intersit inter bonum Principem & Tyrannum describeretur. Operæ precium igitur me facturum indè existimari, si tibi, Inclyte Alberte, quem duodecim annos uerum & bonum Principem, pietatis, ueri cultus diuini, pacis, patriæ, & omnis generis uirtutis amantem ac defensorem constantißimum ex plurimis rerum argumentis penitus cognoui, opusculum hoc meæ humilis gratitudinis qualecunque testimonium dicarem. Quod ut benigno animo suscipias, ac me ob fidelis alioquin etiam seruitij diuturnitatem commendatum habeas, mirum in modum peto. Benè uale, Princeps fœlicißime, Ingolstadio Calendis Maij, Anno salutis humanæ. 1560.*

# AMPLISSIMO NOBILI ET CLARISSIMO VIRO DOMINO SIMONI ECKIO I. V. Doctori præstantiſsimo, Ducalique ſuperioris & inferioris Bauariæ ſupremo Cancellario &c. bono patrono ſuo & amico perobſeruando,

Franciſcus Zoannettus S. P. D.

VT ME annos propè xx. Ampliſsimè vir, dimidiam nempè ætatis meæ partem conterens in Iurisprudentiæ paleſtra profeſſor publicè exercuerim: non tamen vel dulciſsimæ, quæ me genuit, patriæ Bononiæ expectationi, vel amicorum votis, aut mihi ipſi certè ſatis feciſſe hactenus videor. Auditores meos ſtudioſiſsimè & pia mente docui, fateor: monumenta nominis mei licet exigua edidi quoq; nõnulla, vt librum reſtitutionum ( tyrocinia etenim ſtudiorum meorum primò referam ) ad libros quinquagin

ta digestorum, librum vnum responsorum, Trium verborum interpretationem, librum rerum cotidianarũ ad Ferdinandũ Regem, de venatione Germanica tractatum ad Hundium nostrum, virum seculo isto insigniter eximium, librum de Romano Imperio ac eius Iurisdictione ad Ferdinandum Cæsarem huius nominis primum, librum de Moribus maiorum & longa consuetudine, aliosque ad leges permultas tàm Codicis quàm digestorum commentarios, nec non & iam nouissimè tripartitam hanc nuncupatam defensionem: attamen Reipublicæ multo minus, quàm mihi semper cordi fuit, vsui me fuisse palàm agnosco. Cupiui ego equidem ab ineunte propemodum ætate in vinea Christi pro seruitio Catholicæ ecclesiæ (vbi maiore cũ fructu fortassis infami hac hæresum tempestate versari potuissem) operarium agere: idque ipsum magnis pro mea virili conatibus assequi non semel tentaui. Verùm aut quòd (vereor nimirum) indignus tanto honore & gratia fuerim, aut quòd vtilior forsan saluti animæ professio ista mea sit futura, restitere mihi nunquam non iugiter fata. Ideoque quò gratiam qualemcunque tandem pro multis mihi, & maximis quidem illis, exhibitis huiusce rei gratia sæpè fauoribus Clementissimo atque excelso Principi nostro quẽadmodũ pro mea tenuitate possum, haberẽ: libellũ cui titulũ, ab eius materia cogno

men

men ducens, defensionē, indidi, suo nomini consecraui. Is liber (si quisquam alius) quoniam ob ingenij auctoris paruitatem commendatione plurima egere videtur: te virum pietate insignem, probitate clarum, doctrina & fide præstantem, ac de me omni loco & tempore benè meritum, præ cæteris Bauaricæ Aulæ proceribus potissimè delegi: cui librum hunc meum, optimo Principi nostro vnà cum libri & auctoris commendatione verbis meis cum debita reuerentia offerendum traderem. Non dubito, si mea hæc qualiacunq; studia de manu tua capiet benignissimus Princeps, quin & eadem, pro illa, qua te summa ac singulari complectitur clementia, sit identidem clementissimè probaturus. Porrò illud ita naturaliter euenire necessè est: vt bonus Princeps bonos apud se viros habere & liberaliter fouere imprimis studeat. Eximias proindè virtutes tuas, Amplissimè vir, maximi meritò facit pijssimus Bauarorum Princeps Albertus: qui cùm ipsæ constantiæ & pietatis vniuerso in Imperio exemplum sit maximum: sic maximos semper, sacrosanctam parentis sui memoriam vnicè colens, in sua ditione ingenti cum laude & gloria aluit viros: vt Principis vtriusque beneficio Clarissima Bauarorum gens geminis (de te ac fratre olim tuo consanguineo venerandę recordationis magno illo Iohāne Eckio loquor) illustrata

Eckijs accesſione tanti honoris cum Reipubli-
cæ vſu iure queat in omme æuum gloriari. Ille
quippè dum vixit Catholicæ Chriſti eccleſiæ,
veræq; pietatis amans, propugnator eiuſdem
ſummus in tota Europa claruit. Tu verò iuris
iuſtitiæq; moderator pręſtantiſsimus, atq; reli-
gionis catholicæ obſeruantiſsimus, in Bauari-
co ſolo cunctis optatiſsimus exiſtis, Quãobrem
pro ea, quæ in te genuina elucet, virtute, proq;
communi inter nos beneuolentia peto, vt meas
haſcè lucubratiunculas, Principi noſtro cum
ea, quæ videbitur, commendatione offerre non
recuſes. Id herclè officij occaſionem viciſsim
erga te promerendi quandoq; nactus affatim
compenſabo. Vale bone patrone patrię-
que decus Ampliſsimè: & me, vti
ante-hac ſemper, ſtudiáque
mea commendata
habe.

Philibertus Bugnonius I. C.
Matiſconenſis, memoriæ ac æternitati.

ΤΕΤΡΑΣΤΙΧΗΟΝ.

*Quæ uarijs confuſa locis capitalia tractant*
*Crimina prudentes iuris in àmbiguo:*
*Collectim paucis Zoannettus cuncta redegit*
*Ordine, distinctis rebus et officijs.*

Velle & ſperare.

# REPETITIO DEFENSIONIS TRIPARTITAE ad L. Vt vim. ff. De iustitia & iure. Francisco Zoannetto auctore.

## Defensionis pars prima.

1 *Materiam l. ut uim. ff. de iust. et iur. utilißimam esse, quæ & auditorum animos iucundè ac suauiter demulceat.*

2 *Verba illa in textu, uim atq; iniuriam, separatim accipienda.*

3 *Defendere corpus suum quisq; tenetur ex præordinata charitate: Alioquin peccaretur ab eo, ac si uim sibiipsi intulisset.*

4 *Iniuriā quis sibi ipsi an inferre poßit. deciditur quod sic. num. 5. 6. 7.*

6 *Corpus suum quis uulnerans aut uulnerare adnitens, ciuili etiam lege est puniendus.*

8 *Iniuriam uerbalem non fieri uolenti & consentienti, sed realem.*

9 *Consensus & uoluntas hominis contra ius publicum adhibitus, inanis est, nihilq; prorsus operatur.*

10 *Membrorum suorum neminem esse dominum.*

11 *Defendenti proprium corpus licet impunè occidere aggressorem inimicum, etiam clericum, aut sanctæ Rom. ecclesiæ Cardinalem.*

12 *Defensionem armatam esse Monacho permissam contra Abbatem iniquum percussorem.*

13 *Sacra facienti licet aggressorem suum citra etiam*

irregu

irregularitatis notam interficere.

14 Periclitanti de uita nisi obediat potentis alicuius Tyranni mandato, impunitum est, occidere alium quempiam sibi minimè molestum, aut insidiantem. & quomodo procedat uide num.16.17.

15 Defensionis lex limitatur.

16 Peccatum mortale non excusat metus aliquis utcunque magnus.

18 Defensio utrum sit iuris gentium uel iuris naturalis: deciditur sub.num.22.

19 Defensionē proprij corporis etiā Brutis cōcessam.

20 Defensionem iudicialem iuris naturalis dici.

21 Defendenti se in iudicio dandus est terminus ad instruendas defensiones: nisi in præsenti crimine sit deprehensus.

23 Hominem homini quemadmodum insidiari dedecet, ita conferre beneficia decet.

24 Cognationem quandam generalem inter homines natura esse constitutam.

25 Cognationem, qua uniuersum genus humanum inter se iungitur: in undecim circulos commodè distingui.

26 Circulus primus cognationis animam hominis circundat: secundus liberos, parentes, uxorem: Tertius fratres & sorores: Quartus agnatos & cognatos: Quintus præceptores, affines, amicos, familiares, uicinus, idque genus alios: Sextus Tribules: Septimus conciues: Octauus milites: Nonus uicinos urbi: Decimus eiusdem nationis siue idiomatis, nec non & eiusdem religionis homines

nes: Vndecimus uniuersum genus humanum complectitur.

27 Agnationis nomem iuris ciuilis esse: & cur introductum.

28 Christiani propter regenerationis lauacrum dicuntur esse inuicem fratres.

29 Bannitum, qui est deportato similis, nemo priuatorum impunè offendit.

30 Bannitorum bona quando paßim impunè diripi poßint. & sub num. 31.

32 Statutum permittens cuiq; paßim occidere bannitum, ualere: neq; contra ius diuinum esse.

33 Defensionem Bannito interdictam censeri, ubi per statutum Bannitus impunè potest occidi.

34 Defensionem filio aut seruo aduersus patrem uel dominum uerberantem non esse permissam.

35 Ius naturale per legem ciuilem ampliari uel limitari posse.

36 Defensio rerum quatenus sit permissa: & an inuasorem rerum mearum occidere mihi liceat, quando res aliter saluæ esse non possunt. & nume. 40.42.44. & 49.

37 Bona cuiusque dici eius uitam atq; substantiam.

38 Philosophos ueros diuitias ex professo contemnere.

39 Defensionē rerum etiam mero detentatori, qui non poßidet, nec non & iniusto possessori permissam.

40 Homicidium pro solis rebus defendendis, quæ etiam alias in tuto esse non poßint, nullo iure impunitum fore.

41 Decla

41 *Declaratio pulchra ad l.iij. in §. Tum igitur.ff. de ui & ui armata.*

43 *Declaratio noua ad insignem.l.Itaque.in §.lex duodecim tabular.ff.Ad l.aquil.*

45 *Hominis causa omnia esse condita: hominémque esse creaturarum nobilißimam creaturam.*

46 *Percußionem humani corporis, etiam modicam, censeri maiorem quauis pecuniaria pœna.*

47 *Defensionem bonorum minus acrem, quam corporis, esse oportere.*

48 *Argumentum à defensione personæ ad defensionem rerum minimè esse ualidum.*

50 *Defendendo res suas quis potest impunè damnum dare in rebus alienis.*

51 *Iniuriam uerbalem an contrariis uerbis iniuriosis propellere cuique liceat: deciditur quod non sub nu.54.*

52 *Defensionem honoris & defensionem uitæ eodem haberi loco, & in secunda parte, & sub nu.17.*

53 *Mentiris, uerbum, esse iniuriosum: cuius nomine libellus iniuriarum poßit dari.*

55 *Mentiris, quando alicui permissum sit etiam apud iudicem impunè aduersario dicere.*

56 *Auxiliari homini, rémque proximi sui curare, quémque decet.*

57 *Parenti pro defensione uitæ liberorum aduersarium occidere meritò concedi, & sub nu.60.*

58 *Parentum erga liberos amorem magnum atque adeò uehementem esse.*

59 *Patrem defensionem filiorum subire renuentem, con*

tra naturales stimulos facere dici.
61 Patrē magnam liberorum ratior habere oportere.
62 Filio pro tuitione corporis suorum parentum ius esse occidendi aggressorem.
63 Parentum ac filiorum interesse officia.
64 Filios parentibus non minus, quàm patriæ debere.
65 Maritis defensionem suarum uxorum haud secus permissam esse, ac parentum aut liberorum.
66 Vxorem alligari marito in secundo cognationis circulo.
67 Vxorem sociam esse rei humanæ, atq; diuinæ domus.
68 Vxore sedula priuari, æquæ calamitosum esse, ac liberis orbari aut patria eijci.
69 Vxore amiciorem penè neminem.
70 Amicitias hominum similes esse mixtionibus leguminum diuersi generis: coniugum uerò non sic.
71 Mariti & uxoris amorem comparari mixtioni aquæ & uini: quæ fit tota per totum.
72 Vxorem corporis mariti esse partem.
73 Vxori pro defensione mariti uita periclitantis licere aggressorem occidere.
74 Vxoris & mariti historia, qua incredibilem nonnunquam uxoris amorem erga maritum fuisse fertur.
75 Vxoris beneuolentiam in maritum sæpius, quàm in liberos, maiorem.
76 Sponsum defendere spōsam periclitantem, & è contra non minus decet, quàm inuicem coniuges ipsos sese ab aduersarijs tueri.
77 Argumenta ab uxore ad sponsam rectè duci.

78 Concu

78 Concubino defendere concubinam, & è contra, etiam interficiendo aggressorem iure permitti.

79 Societatem illicitæ rei nullam posse coiri.

80 Concubinum & concubinam plusquàm familiares & domesticos inuicem esse.

81 Vxoris & concubinæ discrimen.

82 Fratres ab imminentibus periculis seipsos inuicem eripere debere.

83 Fratrem suum, qui non amat, is nec communes parentes amat.

84 Fratrum officia inuicem, qualia.

85 Fratres corporis nostri quodammodo esse partes.

86 Bartholi quandam expositionem ad hanc l. ut uim. ff. de iustl. & iur. reprehensam.

87 Præceptoribus eundem propè honorem deberi, ac parentibus.

88 Præceptores nostros multis nominibus esse à nobis defendendos.

89 Præceptorem discipulis esse iudicem, in quos leuis cohertionis animaduersionem habeat.

90 Affines nostros, itineris comites, amicos, domesticos, hospites, & uicinos de uita periclitantes armis à nobis rectè defendi.

91 Iniuriam beneuolis ac necessariis nostris illatam nos sentire.

92 Violentiæ in quemcunque possessorem illatæ non solum amicos, sed etiam peregrinos armis impunè obuiare.

93 Extraneos uita periclitantes nobis conuenit armata

108 Opi

108 *Opinionem in contrariis interpretum sententiis recipiendam, quæ cæteris antiquior sit & efficacioribus nitatur rationibus uel authoritatibus.*

111 *Fieri id debere, quod nulli nocet & alicui prodest, summæ æquitatis ratione suaderi.*

112 *Magistratus esse officium, iurisdictioni suæ subditos ab omni iniuria tueri.*

115 *Ius ciuile permittere credi ea, quæ iure tantum canonico sunt constituta, & iure ciuili non improbata.*

b 3 FLO

# FLORENTINVS Libro primo Insti-tutionum.

*Sub titulo ff. de iustitia & iure. Lex tertia.*

VT vim atq; iniuriam propulsemus. Nam iure hoc euenit, vt quod quisq; ob tutelam corporis sui fecerit iure fecisse existimetur. & cum inter nos cognationem quãdam natura constituerit: consequens est, hominem homini insidiari nefas esse.

TESTATVR M.T. Cicero, nulla re propius ad Deum homines accedere, quàm salutem hominibus dando: consequens nimirum videtur, cum improba mente agi, qui cum homo creatus

creatus sit, alterius hominis vitæ studet insidiari, ob id & rursus idem alibi ait: nihil esse æquitati tam cõtrarium atque infestum, quàm conuocatos armatosque homines: nihil iuri tam inimicum, quàm vim ipsam. Meritò operæ precium facere Romana lex putauit, si lacessitis & periclitantibus attulisset tutelam, si tutelæ modum aduersus iniurias (quoad eius fieri posset) sanctissimè præscripsisset. Quæ tanto etiam firmius ac solidius plane humano generi constant, quanto euidentius & naturæ decreto, & gentiũ iure eadem penè singula vehementer sunt comprobata. Dicendum itaque nunc nobis erit de sacrosancta illa Philosophia, quæ in defendendo homine creaturarum nobilissima creatura, defendisque rebus cuiusque propriis omnis versatur. 1. † Quare nos de re grauissima atque adeò vtilissima, quæ omniũ animos suaui incunditate demulcere solet, in præsentia dicturi explicationem verborum legis nobis propositæ aggredimur.

2. † In primis illis Iureconsulti verbis, vim atque iniuriam &c. intelligunt Angelus & Decius istud esse dictum copulatiuè, de vi cui omni non is sit iniuria. Namque vis à magistratu citra iniuriam si inferatur, non est, inquiunt illi, propulsanda. Sed illorum explicatio parùm mihi videtur probabilis: quoniam nobis quoque ius est, vim alias propellere, tametsi absque in-

iuria irrogetur, vt inferius cum Bart. dicemus. Quare separatim etiam eadem verba non incongrui poterunt accipi.

Colligatur hinc primò, quod à quoquam ob tutelam sui corporis contra imminens periculum sit, iure id fieri: quoniam hominem homini insidiari, nefas est. Proinde homini contra hominis insidias meritò defensio licita.

3 † Ad quam defensionem nostri corporis iustam ex præordinata charitate etiam tenemur argu. l. præses prouinciæ. C. de seruit. & aqua. Alioquin nisi corpus nostrum tueremur, quum possemus, peccaretur à nobis perinde, ac si nobis ipsi vim intulissemus, secundum Paulum Castrensem nu. 9.

*Qui se, cũ potest, non tuetur: sui homicida est, nullaq; venia dignus.

4 *† Quamobrem ex hoc Castrensis dicto depræhendi videtur, posse quem sibi ipsi uim ac iniuriam inferre, atque adeò in corpus suum delinquere. At verò sane pugnant primò intuitu in contrarium multa. Porrò iniuria sine animo eius faciendæ nulli à quoquam irrogatur. l. si quis seruum. §. sed vtrumque. l. iij. §. j. versiculo, cùm enim iniuria. ff. de iniuriis. l. qui iniuriæ, in princip. ff. de furtis, cum similibus. Sed cum nemo sanæ mentis (si rectam naturæ rationem sequamur) velit aut cupiat se ipsum iniuria afficere: consequens erit, neminem sibimetipsi iniuram facere. Eodem

Eôdem præterea ſpectat, quia volenti & con ſentienti non fit iniuria, l. Nemo fraudare. ff. de regul. iur. c. Scienti, de regul. iur. lib. ſexto. l. j. §. vſq; adeo. ff. De iniur. l. in diem. ff. De aqua pluui. arcen. Vnde propria manu exhæredem ſeſe in teſtamento alterius ſcribens, contra tabulas illius teſtamenti bonorum poſſeſsionem, alioqui ſibi competentem, aut inofficioſi quærelam poſthac. eadem ratione minimè habebit. l. Non putauit. §. ſi quis ſua manu. ff. De bon. poſs. contra tabul. igitur ſi quis compos mentis (ſi modo compos mentis tunc rectè vocari poſſit) vel propria mēbra vulneraret, vel ſeipſum necaret, non propterea inferre ſibi iniuriam. vtpotè conſentienti & volenti, dici poſſet. Propoſita fuit nuperrimis diebus hæc quæſtio, negatiue tamē, in ſchola philoſophorum & tractata, vt audio, philoſophicè à viris doctis in vtran que partem. Verùm quo rem illam æthicè digeſtam, ac ideò magis tu, qui moralem philoſophiam colis, compertam habeas, ita nobiſcum de ea diſſeres.

5 † Poteſt quis ſibi ipſi iniuriam inferre quod quidem demonſtrandum cenſeo authoritate iuriſconſulti ad hoc peculiari in l. j. §. ſi ſibi manus, ibi, in ſe ſeuientem &c. ff. Ad ſillanian. in l. peculium. la. ij. §. ſi ipſe ſeruus. ff. de peculio Vbi ſcriptum eſt, licere etiam ſeruo (quaſi dixerit legiſlator, non ſolum homini libero) na-

b 5 turaliter

turaliter in suum corpus sæuire. Illud verbum, sæuire, vtrobique non nisi pro delicto & iniuria capitur. l. si dominus. per totam. ff. de his, qui sunt sui vel ali. iur. Non veruntamen ita accipiendus est ille locus in d. §. si ipse seruus. Vt liceat seruo aut homini libero naturaliter in suum corpus sæuire, id est, quod lex alicui impunè permittat * sæuire in corpus suum: quandoquidem sæuus huiusmodi conatus omni iure sit prohibitus, vti Glossator illic ostendit, & ipse paulò post clarius docebo. Cæterùm illo in loco talis licentia sæuiendi in corpus proprium aliò spectat, quemadmodum Doctores glossatori subscribunt.

* Nemini permissum impunè in suũ corpus sæuior siue q; duce ab hoc ætrere subtralij.

Quòd autem sibi ipsi quis iniuriã non possit inferre, demonstro quoque ratione, lege non solum naturæ, vt hic probatur, sed & diuina, teste Apostolo, atque ciuili quisque prohibetur in suum corpus peccare, aut membra sui corporis
6 laniare; † quinimo aduersus hæc iuris præcepta patrare eiusmodi in suum corpus quis adnitens maleficium committit, ac proindè prætereà ciuili is etiam lege punitur. l. omne delictũ. §. qui se vulnerauerit. ff. de re milita. lege, si quis aliquid. §. finali. ff. de pœnis l. Qui rei postulati. §. si quis autem tædio. ff. de bon. eor. qui ante sent. mort. sibi consciue. l. cùm autem. §. ma-
7 lus seruus. ff. de ædilict. edict. † Sed vbi quis vulnera patitur & membrorum lacerationem,

quam

quam lex inultam esse non sinat, is adfici iniuria atroci dicitur. l. Prætor edixit. in fi. cum duabus. ll. sequentibus. ff. de iniur. meritò hic, qui seipsum confodit, à seipso iniuriam pati creditur.

In contrarium priore loco obiecta nihil penitus moror. Verum quidem est, iniuriam ex animo facientis expendi debere: attamen in subiecta disputatione quum iam manifestus sit animus illius, qui in se ipsum manus & arma conuertit, quòd sibimet velit grauiter nocere, & in ea noxia propriè contineatur iniuria vt dixi: inutile tunc quippè mihi videtur amplius in re conspicua quærere, num hîc animum sibi iniuriandi habuerit in l. Eum qui nocentem. text. est. §. si iniuria. ff. de iniur.

Nihil æquè valet hoc loco illud, volenti & consentienti non fit iniuria &c. Recipit & id 8 suam distinctionem. † Aut enim volenti & consentienti mala verba dantur, conuitium fit, vel quid simile: & nulla erit tum de iure ciuili censenda iniuria: Quia lex ciuilis nusquam prohibet conuitia volentibus fieri. Quod & generali quoque consuetudine est receptum. Aut volenti & consentienti infliguntur vulnera vel etiam mors: tunc, quoniam agitur de præiudicio reipublicæ, cuius maximè interest, hominibus idoneis & præstãtibus ciuitatem & ordines quosque eius abundare. l. generaliter. §. spurios.

§. spurios.ff. de curionib.l. j. ff. sol. matri. item quod lex homini prohibet in seipsum licet consentientem impias inferre manus, vt.dictum est ergò multò magis prohibitum censetur, ne quis alteri quantumuis consentienti aut volenti talia inferat.
9 † ideòque illi consensus & voluntas contra ius publicum adhibiti, sunt planè inanes atque irriti, nihilique prorsus faciendi.l. neque pignus.§. Priuatorum. ff. de reg.iur.c. quæ contra ius fiunt.de reg.iu.lib.vj.l.Nō dubium. C. de leg. l. iurisgentium. §. si paciscare. versic. item si quis pactus. ff. de pact. itaque consensu per legem sublato illius, qui patitur iniuriam irrogari, & maleficium patrari, consequens est. Sic & in controuersa disceptatione dicendum erit: vult & consentit aliquis in semetipsum impias inferre manus: eius voluntas & consensus contra legem ac per nefas adhibiti nihilomagis ipsum iuuant, quo minus intulisse sibi iniuriam dicatur, ac ob id quoque puniēdus est.d.l. omne delictum. §. Qui se vulnerauerit. ff. de re milit. cum similibus. Cur etenim lex consensum & voluntatem illius in eo genere probaret, in quo aduersus legis sanctionem temerè is niti auderet? Nemo quippè fructum potest sibi aliquem ex eo sperare, quod non dubitauit pro suo conatu violare.c. Ex eo non debet. vbi glossa & Dynus de reg.iur.lib.vj. facit textus in c. frustra sibi. eodem titulo. Ex his nimirū constat, quemque

que

que posse iniuria semetipsum afficere, vbi in corpus suum & membra id committit, quod lex indicta aliqua pœna fieri vetat. Ad hæc Bartol. videas in l. j. §. vsque adeò. ff. de iniur.

10 * † Quod etiam tanto magis dicere libet, * Hanc sen
quum nemo sit membrorum suorum dominus. tentiam co
l. liber homo. ff. ad. l. aquil. piosè expli
cat Augu-

11 † Ista proprij corporis de qua hoc loco stinus lib. j.
disserit iurisconsultus defensio est adeò cuique de ciuitate
permissa, vt aggressorem inimicum impunè is dei. cap. 17.
queat occidere: vt hic in verborum generalitate & 20.
continetur, quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit etc. in l. itaq;. in principio. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. aquil. in l. is qui aggressorem. l. si quis percussorem. C. ad l. Cornel. de sicari. l. j. C. quando liceat vnicuique sine iudi. se vindi. c. significasti. & ij. extra de homicid. c. dilecto. de senten. excommu. lib. vj. Neque excommunicationem incurrit, qui clericum pro sua defensione lætaliter percutit. c. iiij. extra de senten. excommu. Simili modo nec fit propterea irregularis percussor talis. Clementi. vnica. De homicid.

Quæ defensionis regula etiam contra sanctæ Rom. ecclesiæ Cardinales extenditur: vt nobis eos insidiantes defensionis ergò, interficere alioqui periclitantibus liceat. glossa est notabilis in c. vltimo. in prin. in versic. percusserit. de pœnis. lib. vj. Ang. hic, reliquique Doctores

idipsum

12 idipſum cõmunibus ſuffragiis probãt. † Neque monacho minùs contra Abbatẽ iniquum percuſſorem armata vi renitendum erit: vt docet Cardinalis in clement. j. in verſic. prælatæ
13 queque ſententiæ, de ſtat monachor. † Sicuti præsbiter dum ſacra facit, ſi cum periculo vitæ inuaderetur à quoquam, ſacrilegum illum, defenſionis propriæ vitæ cauſa, iuſtè poterit interficere, ac inde protinus quoque cæpta ſacra, citra vllam irregularitatem, perficere. Adnotat Abb. in c. clerici. el. primo, num. ij. extra de vita & honeſt. cleri. vbi Ioannem de lignano in ſuo tractatu, quem fecit de Bello, ſic decidentem ſequitur: Ad hocq; citat prædictam Clementi. vnicam, de homicid.
14 † Hanc defenſionis regulam extendi putant ſcribentes, atq; locum identidèm habere volunt in eo, qui iuſſus ab aliquo potente Tyranno cui ob periculum mortis cõminus prominens, niſi paruiſſet, nihil poterat denegare, interfeciſſet quempiam alium: & ſi ſibi minimè aliàs moleſtum aut inſidiantem. Gloſſa eſt ad id notabilis in l. ſi familia. in ver. agi poterit. ff. ſi famil. fur. feci. dic. Baldus in c. j. §. iniuria. col. penult. num. xix. verſi. pone. in tit. de pace iurã. firman. Rurſus idem Baldus in l. ij. col. vij. verſi. vndecimo quæritur. C. vnde vi. nec non & alij, quorum hic Decius meminit. Eſtque pro hoc ſingularis textus in l. is qui aggreſſorem. C. ad l.

Cornel.

Cornel. de sicca. vbi, qui aggressorē, vel quemcunque alium occiderit in dubio vitæ discrimine constitutus, excusatur. & facit textus in l. si quis fumo. §. quod dicitur. ff. ad l. aquil quo loco excusatur factum illius, qui iusto incendij propinqui metu perculsus ædes vicini intercidit. Indè nimirùm aiebat illic Florianus de S. Petro, excusari famulum, cui fuerit interminatus mortem dominus, nisi vxorem eius dominam, adulterij vt puta suspectam interfeciffet.

Contra tamen hanc conclusionem sic amplificationem, quæ aliàs est communiter recépta, vrgere videri potest textus in l. scientiam. §. qui cùm aliter. ibi, illum enim solum, qui vim infert, ferire conceditur vt. ff. ad l. aquil.
15 † Sed præter Decium responde: quòd ibi quis illo iactu lapidis non defendebat se, dum lapide prætereuntem aliumquemdam læderet Quin ex imperitia lapidem iacientis, sicque ex culpa, innocens læditur, & ipse tali iactu suam personam non tuetur: idcircò legi defensionis impunitatem concedenti non est tum locus. Rursùm obstare videtur: quoniam iniuria aut vis facta vni non debet nocere alteri. l. exceptione. ff. de fideiussoribus. facit textus in l. non debet alteri per alterum. ff. de reg. iur. Cæterùm illud ita est receptum, vbi quis non periclitatur de vita: secus quando vitam defen-
1 dit. † Postremò communi sententiæ obstat: nemo

in l. defensionis facultas. C. de iure fisci. libro decimo, iuncta d. clem. Pastoralis. §. cæterum. 21 De sent. & re iudic. † Ideoque dandus est cuilibet terminus ad instruendas eius defensiones: nisi in præsenti crimine fuerit deprehensus. l. iij. §. si ad diem. ff. de re milit. Etenim contra notorium & præsens crimen defensioni iustæ non potest esse locus: meritò nec dilatio danda. argum. l. ille aut ille. §. cum in ver. ff. de legat. iij. l. continuus. §. cum ita. in fine. ff. de verborum obligat.

Quo circa difficultatem istam tollere quidam ita sunt conati. Hoc ius gentium, quo per legē nostram permissa est defensio, potest satis eius naturale appellari, vt potè ex naturæ instinctu seu stimulis procedens. facit textus in §. singulorum. Inst. de rerum diui. At huiusmodi responsio vana est: quia Iustin. in l. j. §. vlt. cum l. sequenti, s. eo. loquitur distinctè & separatim de vtroque iure naturali & gentium. exempla vtriusque iuris clarè discernens. Vnde ius gentiū hoc loco non potest ius naturale censeri.

22 † Soluit postremò Decius nodum, nec quidem incommodè. Propulsare ingruentem cum iniuria vim, iure gentium hominibus est datū, vt hic. & in l. itaque. in prin. ff. ad l. aquil. quū enim iniuria, quemadmodum antea diximus, ex animo agentis proficiscatur. l. qui iniuriæ. in prin. ff. de fur. l. ij. §. j. l. si quis seruum. §. sed hoc. ff. de

iniuri. consequens est, animalia bruta, quæ cuncta animo & ratione carent, iniuriam non inferre. Enimuerò propellere vim sine iniuria imminentem, iuris est naturalis: quo vniuersa generatim animantia, quantumuis etiam ratione carentia, ad conseruationem sui nihilhominus feruntur. Proinde constat, defensionem aduersus iniuriam iurisgentium esse: solisque hominibus conuenire. Sed cōtra solam vim obiectam defensionem à iure naturali descendere, vniuersisque ideò animantibus esse communem. Quàm contrarij solutionem Glossator hic ante Decium attulit, sicuti ex me voce Bartolum referente paulò ante audistis.

Tertiò & vltimo collige, esse nefas, hominē
23 homini insidiari. † Quinimò homini cōferre beneficia decet. l. seruus ea lege. in fi. ff. de ser. expor. l. in cōmodato. §. sicut. in fi. ff. cōmod. l. ij. §. iuris sui. ibi, officij causa &c. ff. de interd. bene facit text. in l. non tantū. ff. de appellati. in l. sol-
24 uēdo. ff. de neg. gest. † Ratio huius est in textu: quoniā natura inter homines cognationem quandā cōstituit. Verba hæc Iust. refert Glossator ad ipsum Adānum & eius propagationē: ex qua secundū Mosaicam legē aut potius diuinā cuncti viri mortales sunt progeniti: meritò cognati inuicē homines dici possunt. Quāquam autem iurisconsult. fortè non propterea illud dixit, quia nobiscū & cū iudæis crediderit, homi-

nes ab vno illo protoplasto & cõmuni parente adamo esse prognatos: attamen expositio Glossatoris est alioqui cõmoda. Nãque cognati indè sunt appellati, labeo ait, quasi ex vno nati: quasi inquã cõmune nascẽdi initiũ omnibus fuerit. l. j. §. cognati autem. ff. vnde cogna. l. non facile. §. cognati. ff. de gradi. affinit. licet iurisconsultus illic de illa vniuersali hominũ cognatione non differat. Cicero li. j. officiorum paulò aliter mihi de hac humani generis coniũctione siue cognatione sensisse videtur. Sic inibi inquit: eademque natura vi rationis hominem cõciliat homini, & adorationis & ad vitæ societatem: Ingeneratque in primis præcipuum quendam amorem in eos, qui procreati sunt: impellitque vt hominum cætus & celebrari inter se, & sibi obedire velit: ob easque causas &c. Ecce vinculũ & cognatio qua homines inuicem natura coniungit, in sola vi rationis secundum Ciceronem consistit. Per quam rationem iunguntur homines inter se, colloquuntur inuicem, conuersantur simul & viuunt, cætus celebrant, sibi parent. Ideoque nefas est, alterum alteri insidiari. Cæterũ verò alia est multiplex cognatio inter homines magis stricte accepta: cuius non facit mentionem hoc
25 loco legislator. † Quò tamen eam commodius addiscas, distingue omnẽ humani generis cognationẽ ad Hieroclis propè normã in circulos aliquot, nẽpe vndecim. Sic sanè mihi videtur vt

vnusquisque nostrum multis vndique veluti circulis circunscriptus sit: quorum alij minores, alij maiores sunt.

26 †. Primus etenim & proximus circulus est quem vnusquisque à deo oportet maxi. creatus circa mentem suam (quam animam vocant) quasi circa centrum aliquod suo corpore constituit. Hic primus circulus minimus est, ipsumque propè centrum attingẽs: de quo etiam loquuti sunt alibi Vlpianus Martianusque iurisconsulti in l. j. ibi, qui sanguinem suum qualitercunque, &c. & in l. iij. §. si quis autem tædio. ibi, qui enim sibi non pepercit &c. ff. de bon. eor. qui ante senten. mort. sibi consciue. in l. cùm autem. §. malus seruus. ibi, qui hæc aduersus se ausus est. ff. de ædil. edict.

Ab hoc secundus cognationis remotior circulus à centro primum intra se concludeas, liberos, parentes, vxorem quoque compræhendit. Pro hoc circulo vide text. in l. in suis. ff. de lib. & posth. in l. nam & si parẽtibus. in prin. ff. de inof. testa. l. scripto hæredi. in fi. ff. vnde libe. l. cùm ratio naturalis. in prin. ff. de bon. damnator. in l. j. ff. de ritu nuptiar. & in §. nuptiæ. Instit. de patria potest.

Tertius circulus fratres & sorores continet. Respondet huic text. in l. j. ff. de inof. testa. Hos quartus cõsequitur: qui patruos, amitas, fratrum sororumque filios, auunculos, materteras, idque genus

genus necessariorũ plurimos conglutinat; facit text. in l. si fratres. §. idem respondit. in fi. ff. pro socio. in l. vel si sanguine. ibi, habetur enim ratio
27 cognationis. ff. de manum. vind. † Et licet memoratarum personarũ quædam inter agnatos, quædã inter cognatos referãtur: id tamẽ ex distinctione sola iuris ciuilis cum propter hæredi tates, tũ propter tutelas ordine proximioribus deferendas tantisper accidere existimabis. Nam alias cognati vno naturali nomine vocantur omnes; l. Non facile. §. cognationis. ff. de gradib. affini. l. post consanguineos. §. agnati. ff. de suis & legit. §. sunt autem agnati. §. sed agnationis. insti. de legit. agna. tut. §. sunt autem agnati. instit. de legit. agna. successio. l. iurisconsultus. in prin. ff. de gradib. affinita.

Post illum quintus est cognationis circulus: qui affines, alumnos, familiares, domesticos, hospites, cliẽtes, amicosque & sodales pene vniuersos, necnon vicinos, item collegas, qui eundem ordinem in ciuitate tenent, coniungit. d. l. non facile. §. affines. ff. de gradib. affinit. l. si collactaneus. cum l. sequenti. ff. de manumiss. vindic. l. j. §. domini. et l. iij. ibi, sed nec in alumno occiso. ff. ad sillani. l. in testamento. ff. de fideicommissar. hæredita. l. ij. C. de testib. l. pen. ff. de testib. l. respiciendum. §. furta. ff. de pœnis l. ij. §. iij. ff. de vsu & habitat. l. latæ culpæ. §. amicos. ff. de verbor. signific. l. j. l. final. ff. de colleg. illicit. l. j. per

totam, digest. quod cuiusque vniuersit. l. vltima, C. de iurisdictione omnium iudicum, l. filium. in fine, digest. de his, qui sunt sui vel alieni iur. l. prima §. si inter magistratus, digest. de magistratibus conueniend. l. quod sæpe. in fi. digest. de contrahend. emption. Huic quinto circulo, & præceptores identidem adiungendos reor. licet enim iuuenum mores forment & animam erudiant, lege magistros. C. de professoribus & medi., libro decimo. Quæ res ( Democritus ait ) conuenit potius hominibus, quam rationem corporis habere; & præceptoribus idem propè honos ac parentibus debeatur, secundum glossam in lege, liberto, in versicul. debet. digest. de obsequi. à liber. & libert. tamen quia sanguinis coniunctio abest, hoc solum quinto remotiore circulo eos contineri dixerim: dicta l. si collactaneus. ibi, si pedagogus &c. digestis, de manumiss. vindict. lege, aquilius Regulus. digest. de donatio. l. ij. sub finem. in versicu. sed plurimum à suis auditoribus, ff. de orig. iur. l. dicere, versi. cassius, digest. de arbitr.

Deinde sextus tribules spectat. l. ij. circa principium, ibi, traditur populum in triginta partes diuisisse &c. & in §. deinde cum esset. digest. de origin. iur. l. si quis à filio, §. si parti ciuitatis, digest. de legat. primo. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus, digest. de captiui. Mox eiusdem ciuitatis populares seu contiues omnes septimus

comple

complectitur circulus. l. in tantum. §. vniuersitatis. digest. de rerum diuis. §. publica autem dicta sunt. Instit. de publici iudici. Postea militum octauus circulus sequitur. Nam hi quum patriam nostram præliis & vulneribus reddant incolumem: aliquo in numero & ipsos esse nobis conuenit. l. j. §. miles autem. digest. de milita. testamen. l. aduocati. C. de aduocat. diuers. iudicior. glossa in l. penultim. digest. ex quibus causis maior. Ab illis nonus est circulus vicinorum vrbi. l. diuus, digest. de tutorib. & curatorib. dat. ab his. l. j. §. si quando desinc. digest. de magistratib. conuenien. l. qui ex vico. digest. ad municipal.

Amplior denique circulus decimus eos ambit, qui eiusdem religionis aut sectæ existunt: puta Christiani, vel iudæi. Simili modo & qui eiusdem sunt nationis: hoc est, qui eodem patrio vtuntur sermone, huc tandem pertinent. lege prima. C. de summa trinita. & fide catho. l. spadonem. §. iam autem & iudæi. digest. de excusat. tutor. l. generaliter. §. eos qui iudaicam. digest. de decurio. & toto titulo. C. de iudæ. l. athletæ. §. gentium. digest. de excus. tutor. l. j. §. eadem autem. digest. de verbo. oblig. l. ij. §. exactis. ibi, per quos peterentur leges à Græcis &c. digest. de orig. iur.

Maximus omnium & extremus cognationis circulus ambitu suo vniuersos alios recẽsitos circulos

concludens, totius hominum generis est. Ad quem Iurisconsulti verba hoc loco propriè pertinent. Quare alibi legitur, homines esse mutuò diligere debere: quia sunt inuicem proximi omnes, ac eiusdem naturæ participes. capi. charitas. primo §. proximos autem. de pœniten. distinctio. ij. Quod & diuini iuris etiam præceptum est: siquidem eo iure moneamur diligere proximum perinde ac nosmetipsos. c. debet.
28 xxiij. q. iiij. † Quin cuncti hodie Christiani propter regenerationis lauacrum fratres dicimur: & vnum patrem deum præpotentem in cœlis habemus. cap. ad mensam. xj. questio. iij. memorata vndecim circulorum cognationis descriptio ob id quoque apprimè vtilis fuit, quo facilius discernas, num & quatenus tutela extranei cuiuspiam vim atque iniuriam patientis sit subeunda nobis. Qua de re super gloss. ij. opportunè differemus. Explicitis notabilibus, commentarios Bar. assumo.
29 † Ex dictis Bartol. in prima columna habes: non licere priuatorum cuiquam impunè offendere exules deportatis similes: quum enim hi tantum perdant ea, quæ sunt iuris ciuilis, non etiam illa, quæ sunt iuris gentium l. quidam. ff. de pœnis lege prima. C. de hæredib. instit. iuncta glossa in §. relegati. institu. quibus modis ius patriæ pote. soluitur. Consequens est, ipsis exulibus permissam esse defensionem, quæ
iuris

iurisgentium est: ac proindè quoq; nefas esse, illorum vitæ insidiari, vt hic. Idem voluit Baldus in d.l.j. & ibi Alexander post eum notat: C. de hæredib.insti. rursus idem testatur ipse Bartol.
30 in l.ex facto. §. ex facto. ff. ad trebel. † Addit prædictis hic Bartol. quòd etsi exul non possit iure per priuatum aliquem in corpore lædi: posit tamen in bonis. allegat glossam ad hoc in c.j. in fi. in ver. deprædare. intitu. de milit. vasa. qui contum. est. Veruntamen ab ea glossatoris opinione recedit Bal. in c.j. in tit. hic finitur lex Federici. Quoniam nec lege vlla aut æquitate id constat, bona exulum passim posse diripi, vel corrumpi. Sententiam Baldi sequitur illic Aluarotus, & in dicto c.j. colum. penul. versic. Tertiò quia exules terrarum in titulo de milit. vasal. qui contum. est. vbi citat ad hoc textum in l. ad cognitionem. ff. quib. ex causis in posses. eatur. in l. Papinianus exuli. ff. de minor. Sed illæ leges parùm hoc probant, quia loquuntur de exulibus, qui relegatis comparantur: quæstio autem mota, est de exulibus qui sunt similes deportatis, iuxta notata in d. §. relegati. insti. quib. mod. ius patr. pot. solui: licet hic Decius post Nellum in suo tractatu & Baldum & Aluarotum per iura prædicta sequatur: conclusionem tamen Baldi & Doctorum procedere existimabis, nisi statuto illius loci caueretur, exules posse à quocunq; occidi impunè; tunc sanè & bona

eorum rapi identidem impune possent, vt notat Ang. in l. in suis. per illum textum in fin. vbi etiam Imola & Alexan. tradunt. ff. de libe. & posth. bene facit textus in l. nec in ea. §. sed qui occidere. ff. de adulter. l. videamus. §. iurare autem. ff. de in litem iuran. l. non debet cui. ff. de
31 regu. iur. c. cui licet. de reg. iur. lib. vj. † Huiusmodi verò spoliationem bonorum exulis fieri posse doctores volũt, viuo exule, non etiam post eius mortem, secundum Baldum in l. ex hoc iure. colum. iij. num. x. versic. Quæritur an occisus. infra. eodem. & in l. sororem. ad fin. C. de his quib. vt indign. salicetum in l. qui sepulchra. in princ. C. de sepulch. viola. per tex. in l. si pœna. ff. de pœnis. quod Iason & Decius hic sequuntur.

*Exules occidere non licet: quia verè nõ dicuntur hostes patriæ, nisi fortè proscripti sint, seu quicqd in bonis habetur, vt Baldus ait.

Enimuerò * quoniã facta est mentio statuti concedentis exules impunè passim occidi: duo circà hoc videnda erunt. Primum an tale statutum vtpotè contra ius diuinum valeat. Secundum, si valet, an saltem liceat exuli se tueri aduersus percussorem.

32 † Ad primum responde, quòd valet statutum, per quod non recta itur contra ius diuinum. In decalogo enim quamuis præceptum sit, ne quis occidat: alibi tamen legitur, qui occidit occidatur. ergò ex causa poterunt leges & statuta fieri, vt quis possit impunè occidi: puta exul, aut agrorum populator, l. j. & l. ij. C. quando lice.

do lice, vnicuique sine iudi. se vindi. l. iij. in fi. ff. ad l. Corne. de sicca. Bart. in l. omnes populi. in ij. quæst. tertiæ quæstionis principalis, nu. 24. infra eo. ad hæc videas quæ scripsi in repetitione l. ij. nu. 185. C. de pact. inter emptor. & venditor.

Cum igitur statutum valeat de exule occidendo, quæro num ei iure permissa sit contra aggressorem defensio? Habet suam vtilitatem hæc questio. Etenim si se, prohibente lege, tueretur, ac in ea tuitione aggressorem læderet vel occideret: esset dubio procul eo nomine veluti homicida, aut percussor iterum puniendus, vt hic per Castrensem, num. 5. Pro parte affirmatiua, quòd posit bannitus se iuste atque impune defendere, facit: Nam defensio à iure naturali est cuique concessa, l. j. §. vim vi repellere. ff. de vi & vi armat. & in l. j. §. cùm arietes. ff. si quadr. paup. fecisſ. dicat. ergò ius naturale per statutum, quod lex est ciuilis, non potuit tolli. l. ij. cum l. j. ff. de vsufr. ear. rer. quæ vsu consum. §. 33 sed naturalia. instit. de iur. natur. † Veruntamen probabilior est contraria opinio, vt se tueri cum lęsione aggressoris in casu premisso nō possit. Porrò quū ex statuto cuilibet sit facta potestas bannitum occidendi: intelligitur quiuis nimirum in locum magistratus eo nomine subrogatus, per notata. per glossam, & doctores in l. accusationes. C. de ijs quæ vi met. causa fiunt: idcircò si offensio est iusta, necessum est, defen

defensionem esse iniustam, prohibitam, propter locum à contrario. l. j. §. huius rei. & ibi notatur. ff. de off. eius. ad hęc, bonus textus in l. si
34 seruus. C. de his, qui ad eccl. confugi. † Prętera licet patri verberare filium, & domino seruum. l. iij. C. de patr. pot. l. vnica. C. de emenda. seruor. l. vnica. C. de emenda. propinquor. Necq; filio * aduersus patrē, neque seruo contra dominum repugnare fas est, vt in annotatis locis habetur. & faciunt tradita per glossam in l. vestem. in ver. testimonium. ff. de iniur. igitur idem iuris de exule propter rationis similitudinem erit. Hanc sequuti sunt partem Bartol. Angelus Castrensis, & Decius: quamuis Baldus dubiam esse quæstionem adfirmet. Pro qua communi conclusione videtur quoque textus in l. ij. §. qui si resistere. C. quando li. vnic. sine iudi. se vindica. in l. itaq;. §. interdiu. ff. ad l. aquil.

Id intelligitur in leui & moderata coercitione & castigatione. Bart. & cæteri in. l. vt vim. ff. de iustit. & iure. P. Bugn.

Non refragatur conclusioni propositus obex: defensionem, quæ iuris est naturalis, lege vlla ciuili non posse cuiquam adimi &c. d. l. j. & ij. ff. de vsufr. ear. rer. quæ vsu consum. d. §. sed na-
35 turalia. inst. de iure natura. † Respondetur, ius naturale * nō posse generaliter per legem aliquam ciuilem in totum abrogari. Cæterùm minui ex causa vel interpretatione extendi vtique per legem ciuilem potest. videas glossam & doctores in l. ius ciuile. infra eod. nec non & in d. §. sed naturalia. & Angelum Aretinum in. §. ius ciuile.

Ius naturale nullo alio iure tolli, vel violari posse.

ciuile,num.ix.versic,Redeo nunc ad id &c.inst. de iure natura. Ad hec, quæ scripsi in repetitione.l.ij,nu.186. C.de pact. inter emptor. & vend. Est tamen verum,quod Paulus Castrensis vult verba statuti in proposito themate ( quonam pacto sonent ) accuratius esse introspicienda. ex quorum positu & significatione decidi quęstionem oportere iudicat. videas post illum hic Decium num.iij.

36 † Quæro,hactenus enim dictum fuit (id quod & in textu habetur ) pro tutela corporis sui permissum impunè cuiq; aduersariũ etiam occidere:an idem pro defensione rerum licebit? Glossator noster in versic.Nam iure, respondet idem nihilominus pro rerum defensione permitti:dummodò cum moderamine inculpatæ tutelæ id fiat,l.j.C.vnde vi.l.iij.§.eum igitur, ff.de.
37 vi & vi arm. † Et ratio huius conclusionis, videtur:quoniam res nostrę,siue bona,& patrimonium,sunt hominis substantia & vita,secundum glossam iuncto textu in l.aduocati.in ver. vitam. vbi etiam annotat Baldus. C. de aduoc. diuers. iudicio. facit textus in l.in pecudum, in
38 fi.ff.de vsur. † ( Quamuis veri ac synceri philosophi bona eiuscemodi temporalia siuè opes ex professo contemnant. Alioqui fictam eorum philosophiam & professionem esse, protinus detegerent.l, in honoribus.§. philosophis. ff.de vocat.& excusat. munerib.)Cum Glossatore

*Apud veteres hæc esse substantia intelligitur quę post de tractum æs alienum supersedere. l. cùm non solùm.paragrapho finautem. C. de bon.quę lib. Idẽ de

patrimonio scæuola refert in l. qui habebat. 38. ff. de legat. iij. P. Bugnonius

tore ergò ita decidit hîc Bartol, & in d.l.j.nu. 7. C. vnde vi. necnon in l. furem. ff. ad l. Corne. de sicar. atq; doctores communiter addicunt. Porrò latius etiam proferes tu ex ipso Bartol. communem cõclusionem, vt ei identidem locus sit, quamuis posteà ex interuallo bidui aut tridui bona quis sua vi defendat seu recuperet, per d.l.iij.§. eum igitur. cum glossa in versic. ex con-
39 tinenti. ff. de vi & vi arma. † Quod & merus detentator, qui rem non possidet, pro defensione suæ detentationis facit. l. colonus. ff. de vi & vi armata. similimodo & iniustus possessor. d.l.j.§. vi possidere. vbi glossa in ver. facit. & doctores. ff. eod. de vi & vi armata.

Ad confirmatæ conclusioni repugnat textus in c.ij. ver. si autem. ibi, te tuaque liberando &c. extra. de homicid. vbi ex illa copula inter res & personam posita satis constat, pro sola rerum defensione occidi inuasorem non posse: verùm tunc homicidiũ fore inpunitum, quum pro rebus & persona simul defendendis perpetratum foret. Ita contra receptam istam opinionem expendit inibi illum textum Abbas in iiij. notabili. Et ante Abbatem sic eum textum intellexit glossa in prin. xxiij. quęst. iij. in secunda glossa in versic. fugiens. sed Abbas in d.c. ij. respondet, præscriptam interpretum iuris ciuilis conclusionem, vt pro solis rebus defendendis quis homicidium patrare queat impunè, posse

procede

procedere in foro seculari cõtentioso, non item in foro pœnitentiali: quia peccator tũc, & pœni nitentia est pro peccato iniungẽda, vt probatur in illo text. allegat ad hoc prętereà glossam primam. in simili in. c. Inter. 33. q. ij. non satisfacit Iasoni Abbatis intellectus ad illum textũ. Quoniam si occideretur inuasor etiam pro defensione rerum & personæ simul, nihilomagis tamen in foro conscientiæ seu pœnitentiali impunitum homicidium esset, secundum generalitatem rationis aßignatæ per glossam in dicto. c. Inter. 33. quęst. ij. & concordat hic glossa. ij. nostræ legis. Quare idem Iason soluebat aliter nodum inquiens: prædictum. c. ij. ad clericos non ad laycos esse referendum. Quam solutionem prius attulerunt canonistæ interpretes ad eum textũ, vti Ioannes de Annania illic refert col. ij. ver. posset etiã dici quòd hic loquatur in clerico &c. Enimuerò huiusmodi sensum in eo textu ipse minimè probo. Nã illic sub finẽ author differentiã diserte tradit inter præsbiterũ, qui occidisset, & laycũ. Quoniam duriorẽ pœnitentiã presbitero quàm alij iniũgit. Ideoq; de solo presbitero non loquitur ille textus. Respondebat quoq; ad illũ tex. Ioannes de Annania ibi, col. ij. ver. adde tamẽ quòd volendo tenere opinionẽ legistarũ &c. quòd illa copula inter res & personam posita, accipi posset pro disiunctiua, id enim fieri potest, vt quũ res postulat, impropriè

verba

verba ſumantur. c. quemadmodum. vbi gloſſ. in verſi. quamuis. per illum textum. extra. de iureiuran. gloſſa in l. eas cauſſas. in verſi. eas verò. ff. de conditi. & demonſt. Qui quidem intellectus ſatis confirmari videtur ex. c. verùm. ibi, pro vita & rebus, extra de iureiuran. ſiquidem doctores eo in loco putent iuſtum eſſe metum, qui nobis vel ex ſolo etiam amiſsionis bonorum periculo imminet. c. Abbas. extra, de ijs quę vi met. cauſſa fiunt. c. frequens. de reſtit. ſpoliat. lib. vj. Sed reſponſio Annanię eſt parùm ſolida: quoniam recipi ea poſſet, quando ex alijs iuribus & argumētis verba impropriè extra ſuum ſignificatum accipi debere ſuadetur, ſicuti in locis pridem citatis eſt videre. Cum itaque id inibi non ſuadeatur, vti paulò poſt audies, tali expoſitioni minimè accedēdum reor, de eius nouiſsimè hic dicebat, quòd illa ibi copula non retineret vim coniunctionis, ſed continuationis ſignificationem haberet: quemadmodum habet in ſimili in l. j. in princ. ff. de his, qui not. infam. Hanc autem interpretationem ad illum textum confirmabat ipſe Decius tali argumento: ſatis liquet, cuiq; licere pro tuitione ſalutis proprię aduerſarium interficere, vt hic cum materia. Dum ergò in illo text. c. ij. de homicid. legitur, te tuaque liberando &c. videtur quòd illud ſequens verbum, tuaque, ſit inibi ſuperfluum: ſiquidem pro ſola proprij corporis defenſione

fensione absque defensione rerum permissum erat antea homicidium impunè, prout dictum est, meritò illud ibi sequens verbũ, tuaque, nè videatur esse superfluum, debet videri addere praecedenti verbo, vt idem quoque iuris sit posthac constitutũ pro defensione rerũ, quod antea fuerat pro tuitione personae: nẽpè impunè occidere alterũ cuiq; rerum gratia licere, & hoc pacto non solũ ille locus, inquit Decius non contradicit cõmuni nostratium interpretũ sententiae, sed ei maximè conuenit, adstipulaturq;. Non recipio hãc Decij interpretationem, quae & alienũ sensum à verbis illius textus affert: & inde nimirum falsa quoque constat, quòd ibi non introducitur nouum ius pro defensione rerum, sed contingentia facti mera refertur.

40 † Putarim proinde cũ Ioãne illo de annania in d.c.ij. & in c.suscepimus. col.j.ver.j. vtrum autem sit licitum laycis &c. extra, de homicid. contrarium esse verius: ideoq; consulendo & iudicando planè tenendũ: vt scilicet pro sola rerũ defensione, etiam si res aliter defendi nõ possint *. nihilomagis permissum à legibus nostris impunè homicidium. Nusquam etenim istud iure probatur: & citatae hic leges in glossa nihil tale nobis indicãt. Quippè text. in l.iij.§.cum igitur. ff. de vi & vi arma. Annanias inquit, non permittit homicidium defendenti possessionẽ propriam: caeterùm ei lex tantum cõcedit, repellere

* Pro tutela rerũ suarũ homo impune interficit

aduersarium,& vim vi propulsare. Eque declarandus videtur alter textus in l. j. C. vnde vi. vbi vim illatam propulsare licet possidenti cum moderatione legibus definita, ergò non licebit inuasorem occidere. † Vel tu melius responde ad d.l.in.in §.cum igitur. Vlpianum loqui, vbi possessor in discrimen vitæ & periculum veneerat defendendo suam possessionem: à qua ipsum deijcere armis aduersarius eius conabatur, hoc ipsum vis illorum verborũ legis & significatio haud obscurè ostendunt. ibi, qui cum armis in nos venit, cum armis possumus repellere &c.

42 † Vnde quum possessor defendendo suam possessionem vita periclitatur, velut quia in ipsum infesta arma feruntur: potest vtiq; armis cõtrariis inimica arma repellere, id est, inuasorẽ suũ (si aliter intẽtus defensioni suæ possessionis saluti propriæ vitæ consulere nequit) occidere. Hic est proprius opinor illius legis sensus. Videas bonum textum meæ declarationi concordem in l.j.§. vim vi repellere.ff.eod.de vi & vi arma. igitur pro sola rerum nostrarum defensione (ni & periculum vitæ accedat) interimere inuasorem earum nobis non licet.

Non obstat alius locus in l.itaque.in.prin. ff. ad l.aquil. Respondet Ioãnes de Annania quòd verba Caij Iurisconsulti respiciunt periculum solummodò personæ, non etiam rerum, quando sic legislator inquit: si seruum tuum latronem

insi

insidiantem mihi,hoc est,persone & saluti meæ &c.non autem dixit, rebus meis. Enimuerò pro communi opinione acrius vrget ille locus Caij inibi paulo inferius in §.lex duodecim tabula. vbi furem nocturnum impunè occidi ex legis duodecim tabularum decreto Caius simpliciter scribit,sicq; pro solis rebus defendendis homicidiũ fore impunitũ lex iubet. Quare dicebat Iason,considerandã etiam in illo textu, nempè in sequẽtibus verbis, ibi,interdiu autem depræhensum &c. aduersatiuæ illius vim: quæ cùm præcedẽtibus aduersetur,cõsequẽs est,in antecedẽti casu tantũ loqui Iureconsultũ, vbi agebatur de periculo rerũ:quum in sequẽti expresßim de periculo personæ fiat mentio.ibi,si se telo defendat &c.meritò pro rebus duntaxat seruandis homi-
43 cidiũ æquè impunè patrabitur. † Tu verò respõde à Caio illic in d.l.itaq;. §.lex duodecim tabular.recitari nudam & (vt sic dixerim) rudem legis duodecim tabularum in furẽ nocturnum dispositionem. Cæterùm *interpretationem prudentum admittit ea legis duodecim tabularum dispositio: vt scilicet ita demum furem nocturnum impunè quis posßit occidere, si parcere ei absque suo periculo non queat, non aliàs, sic illud duodecim tabularum legis decretum propriè interpretatur Vlpianus in l. furem. digestis ad l. Cornel. de sicar. Eandem prorsus illi duodecim tabularũ legi addidit expositionem

* Pulcherrima interpretatio ca pitis legis duodecim tabularum

ſextus Cæcilius Iureconſultus eximius, ipſam legem ac vim eius & ſenſum Phauorinum philoſophum quandoque docens, vti Gellius refert lib.xx.noctiũ atticarũ, c.j. benè facit textus in l.j. C. quando lice. vnicuique ſine iudi. ſe vindi. in verbis illis, ac mortem, quam minabatur excipiat, &c. Itaque, in præallegato. §. lex duodecim tabularum, non ſolùm periclitabatur quis bonis ſed etiam vita.

Neque re moueat Iaſonis cõſideratio propter illam aduerſatiuam, autem. Seruat oppidò ſuam naturam aduerſatiua ibi, & ſequentia vt præcedẽtibus aduerſentur efficit. Porrò in præcedenti, §. lex duodecim tabularum. lex nobis permittit, nocturnũ furem, qui graſſator ſcilicet & violentiam nobis ex inſidiis illaturus venerit, cuiuẽ citra ſalutis noſtræ periculum parcere non valeamus, occidere. At verò in ſequenti. §. Interdiu, lex concedit, furem diurnum occidere, quando ſe telo defendit, quo minus illum appræhendamus. Ergò aduerſatiua illic non ocioſe fuit interpoſita. Siquidem caſus præcedẽs nõ ſit idem cum caſu ſequenti, ſed penitus ab eo diuerſus. In præcedenti occido furem & eundem graſſatorem nocturnum, qui & rerum & ſalutis meæ inſidiator venerat. In ſequenti autem occido furem diurnum, qui mihi ſeu vitæ meæ principaliter & rectà non venerat inſidiaturus: ſed volenti mihi eum comprehendere reſiſtebat armis.

Simili

Simili modo nihil pro communi opinione facit text. in l. v. in prin. ff. eo. ad l. aquil. vbi legitur, si quis metu mortis furem occiderit, lege aquilia eum non teneri: & sic non pro defensione rerum, sed personæ suæ homicidium lex illa fieri concedit. Idem habes in l. scientiam. §. qui cùm aliter. eod. tit. ad l. aquil. vbi scriptum est, quum aliter se tueri non possent &c. ergò non defensionis bonorum, sed tuitionis personæ in homicidio committẽdo habetur ratio. Neque est secus cautum in d. l. furem. ff. ad l. corn. de sicar. quum ibi Vlpianus dicat, sine periculo suo &c. Sicque propter defendẽdam amicè personam commissum homicidium non punitur. Identidem quoque in c. j. §. si quis hominem. in titu. de pace tenen. ibi, quòd vitam suam defendendo &c. speciatim annotatum constat. Rursum id planè est compræhensum in clement. j. de homicid. ibi, mortem aliter vitare non valens &c. In memoratis omnibus hisce locis legum latores non tanti rerum conseruationem, quanti personæ salutem faciendam existimarunt. Ac propterea homicidia, defensionis propriæ personæ, ergo perpetrata impunita fore statuerunt, propter verò defensionem rerum admissa non item.

44 † Et quòd pro defensione rerum non sit permissum homicidium, patet vltra prædicta per textum in l. si ex plagis. §. tabernarius. ibi, sed si ab eo non prior vapulasset &c. digestis.

ad l. aquil. in cap. si perfodiens. cap. suscepimus. extra, de homicid. Cur quæso res tanti essent faciendæ homini, quanti salus corporis proprij
45 † Si hominis causa sint reliqua omnia condita, & creaturarum homo sit nobilissima creatura? l. in pecudum. in fine, digest. de vsur. l. ij. in princip. digest. de stat. homi. l. iustissimè.
46 in princip. digest. de edili. edict. † Indè nimirum est, quòd percussio humani corporis, vt libet leuis quauis pecuniaria pœna creditur esse maior. l. in seruorum. in fine, digest. de pœnis. Ob id & glossa alibi dicebat, quanquam iustè quis non modò se ipsum sed & bona sua de-
47 fedat: † attamen non ita pro defensione rerum atque pro tuitione personæ esse contra aduersarios sæuiendum. in capit. dilecto. in ver. bonis, de sententia excommunica. libro vj. Id quod & Angelus Perusinus hic in principio propriè voluit. Nec me mouet, quoniam bona & patrimonium, dicantur esse hominis vita. d. l. Aduocati. cum glossa & Baldo, C. de aduocat. diuerso. iudicio. Illud quippè est eo nomine verum, quia ex bonis seu patrimonio sustentatur subindè homo, d. l. in pecudum. digest. de vsur. Cæterùm longè alioquin inter se hæc inuicem distant: defendere corpus & defendere bona. Primo casu qui corpus suum tuetur, propriam salutem & sanguinem directo ac immediate defendit: qui verò bona, siue patrimonium

nium tuetur, proprium corpus vel salutem per consequentiam mediate defendit: quemadmodum dicimus quòd quis directò in sui persona potest pati iniuriam, quando scilicet ipse immediate læd tur: per consequentiam verò potest iniuriam pati, vbi liberi eius, vxor, aut serui male afficiuntur. lege j. §. item aut per semet ipsum.
48 digest. de iniur. † Proinde quum termini sint inæquales, à defensione personæ ad defensionem rerum ac patrimonij, iniqua est identidem perducta argumentatio. l. Papinianus exuli. in prin. ff. de minor.*

In controuersa ergò disceptatione ita plane ex prædictis statuendum cum Decio arbitror.
49 † Aut agitur de sola rerũ amißione citra vllũ præsentaneũ vitæ meæ discrimen: velut si fugientem cum rebus surreptis furem insequor: occidendi illum impune pro rebus seruandis ius mihi non est, quemadmodum ex superius copiose recensitis constat. d. c. si perfodiens. & c. suscepimus. extra, de homicid. l. iiij. §. interdiu. l. si ex plagis. §. tabernarius. ad finem, digest. ad l. aquil. l. furem. ff. ad l. cornel. de sicar. cum simi-
50 libus. † Damnum veruntamen in rebus alienis pro suis defendendis dare quis potest impune. l. iij. §. quod ait prætor. ff. de incend. rui. naufrag. l. si quis fumo. §. quod dicitur. digest. ad l. aquil. Aut occasione defensionis rerum suarum quis venit in periculum vitæ: puta quo-

* Leges permittũt possessionẽ armis defendi posse, ac cõtinuo amissam recuperari: permittere quoque censentur necessariam consequentiam, vt si sequatur homicidium: illud impunitum remaneat. l. ij. ff. de iurisd. omni. iud. Ph. Burgonius.

niam fur aut raptor bonorum armis contra nos ei resistentes & vi armata vtitur: tūc dubio procul homicidium si commiserimus, impune erimus id laturi. d. l. furem. ff. de sicar. d. l. iij. §. eum igitur. digest. de vi & vi arma. cum similibus pridem adductis. Et isto casu locus erit communi nostratium opinioni: licet impunitum dici tum proprie non possit homicidium tanquam pro defensione rerum patratum: sed potius impunitum erit censendum, veluti pro tutela proprij corporis, occasione tamen rerum, factum. Vndè compertum est Bartolum, atque eius sententiæ Doctores reliquos parùm accurate docuisse, pro defensione bonorum perpetratum homicidium, æque ac pro defensione corporis, fore impunitum.

Quid verò pro simplici defensione honoris, qui ab aduersario verbis tantum labefactetur, 51 dicemus? † Num verbalem scilicet iniuriam verbis saltem propellere liberum cuique erit? Pone: aliquis te latronem appellauit: an cum vicissim poteris homicidam, adulterum, vel nebulonem vocare? Iason sic iniuriam contrariis probris posse iuste repelli authumat.

52 † Eodem habentur loco, inquit ille, defensio honoris, & defensio vitæ. l. iusta. in prin. vbi glossa j. digest. de manumiss. vindict. est bonus textus in l. isti quidem. §. quod si dederit. ff. de eo quod met. cau. Verùm pro defensione vitę licet

armis

armis contra aduersarios vti: ergò idem iuris erit pro conseruatione honoris, vt verbis contrariis iniuriam reiiciamus. Eodem spectat doctrina Bartoli in l. omnia. §. j. per illum textum ff. de procurat. si quis obiiciat crimen mihi alio-
52 quod, possum iuste ei dicere, tu mentiris. † Quod verbum iniuriosum habetur, & eius nomine libelius iniuriarum alioqui datur, secundum eundem Bartol. in l. item apud labeonem. §. sed quod adiicitur. num. 3. ff. de iniur. Alex. & alios in l. turpia. in princ. ff. de legat. j. sed lasonis ratio parùm recta, & decio & mihi videtur.
53 † Porro quāuis defensio honoris non sit inferior defensione propriè vitæ. d. l. isti quidem. §. quod si dederit. ff. de eo, quod met caussa. d. l. iusta. in prin. ff. de manumi. vindic. Attamen in quæstione subiecta (vbi soli defensioni vnicè studetur) cauēdum in primis est*, ne quid ad vltionem seu vindictam illatæ iam prius iniuriæ fiat. l. scientiam. §. qui cum aliter. versic. & hoc si tuendi. ff. ad l. aquil. verba autem contumeliosa si obiiceremus in aduersarium conuiciatorem post irrogatam iam nobis verbalem iniuriam, diceremur caussa vltionis non defensionis (quū nec illatam iniuriam eo pacto amoliremur) talia obloqui, vt suo posteà loco tractauimus, in articulo inculpatæ tutelæ. Igitur iniuriarum huiusmodi relatio, quæ vindicta verius, quàm defensio, est nuncupanda, minimè gentium debet esse

* Permissum nō est iniuriā verbalem verbis equipollentibus retorquere ne de verbis ad verbera facilime ꝓcedatur.

defensionem esse iniustam, prohibitam, propter locum à contrario, l. j. §. huius rei. & ibi notatur. ff. de off. eius. ad hęc, bonus textus in l. si 34 seruus. C. de his, qui ad eccl. confugi. † Pręterea licet patri verberare filium, & domino seruum. l. iij. C. de patr. pot. l. vnica. C. de emenda. seruor. l. vnica. C. de emenda. propinquor. Nec filio * aduersus patrē, neque seruo contra dominum repugnare fas est, vt in annotatis locis habetur. & faciunt tradita per glossam in l. vestem. in ver. testimonium. ff. de iniur. igitur idem iuris de exule propter rationis similitudinem erit. Hanc sequuti sunt partem Bartol. Angelus Castrensis, & Decius: quamuis Baldus dubiam esse quæstionem adfirmet. Pro qua communi conclusione videtur quoque textus in l. ij. §. qui si resistere. C. quando li. vnic. sine iudi. se vindica. in l. itaq. §. interdiu. ff. ad l. aquil.

*Id intelligitur in leui & moderata coercitione & castigatione. Bart. & cæteri in. l. vt vim. ff. de iustit. & iure. P. Bugn.*

Non refragatur conclusioni propositus obex: defensionem, quæ iuris est naturalis, lege vlla ciuili non posse cuiquam adimi &c. d. l. j. & ij. ff. de vsufr. ear. rer. quæ vsu consum. d. §. sed na-35 turalia. inst. de iure natura. † Respondetur, ius naturale * nō posse generaliter per legem aliquam ciuilem in totum abrogari. Cæterùm minui ex causa vel interpretatione extendi vtique per legem ciuilem potest, videas glossam & doctores in l. ius ciuile. infra eod. nec non & in d. §. sed naturalia. & Angelum Aretinum in. §. ius ciuile.

*Ius naturale nullo alio iure tolli, vel violari posse.*

ciuile,num.ix.versic.Redeo nunc ad id &c.inst. de iure natura. Ad hęc, quæ scripsi in repetitione,l.ij.nu.186. C.de pact. inter emptor. & vend. Est tamen verum,quod Paulus Castrensis vult verba statuti in proposito themate (quonam pacto sonent) accuratius esse introspicienda. ex quorum positu & significatione decidi quęstionem oportere iudicat. videas post illum hic Decium num.iij.

36 † Quæro,hactenus enim dictum fuit (id quod & in textu habetur) pro tutela corporis sui permissum impunè cuiq; aduersariũ etiam occidere:an idem pro defensione rerum licebit? Glossator noster in versic.Nam iure, respondet, idem nihilominus pro rerum defensione permitti:dummodò cum moderamine inculpatæ tutelæ id fiat,l.j.C.vnde vi.l.iij.§.eum igitur, ff.de 37 vi & vi arm. † Et ratio huius conclusionis, videtur:quoniam res nostrę,siue bona,& patrimonium,sunt hominis substantia & vita,secundum glossam iuncto textu in l.aduocati.in ver. vitam. vbi etiam annotat Baldus. C. de aduoc. diuers.iudicio. facit textus in l.in pecudum, in 38 fi.ff.de vsur. † (Quamuis veri ac synceri philosophi bona eiuscemodi temporalia siuè opes ex professo contemnant. Alioqui fictam eorum philosophiam & professionem esse, protinus detegerent,l. in honoribus.§. philosophis. ff.de vocat. & excusat. munerib.)Cum Glossatore

*Apud veteres hæc esse substantia intelligitur quę post detractum æs alienum supersedere. l. cùm non solùm.paragrapho finautem. C. de bon.quę lib. Idẽ de

patrimonio scævola refert in l. qui habebat. 38. ff. de legat. iij. P. Bugnonius

tore ergò ita decidit hic Bartol, & in d. l. j. nu. 7. C. vnde vi. necnon in l. furem. ff. ad l. Corne. de sicar. atque doctores communiter addicunt. Porrò latius etiam proferes tu ex ipso Bartol. communem cõclusionem; vt ei identidem locus sit, quamuis posteà ex interuallo bidui aut tridui bona quis sua vi defendat seu recuperet, per d. l. iij. §. cum igitur. cum glossa in versic. ex con-
39 tinenti. ff. de vi & vi arma. † Quod & merus detentator, qui rem non possidet, pro defensione suæ detentationis facit, l. colonus. ff. de vi & vi armata. similimodo & iniustus possessor. d. l. j. §. vi possidere. vbi glossa in ver. facit. & doctores. ff. eod. de vi & vi armata.

Ad confirmatæ conclusioni repugnat textus in c. ij. ver. si autem. ibi, te tuaque liberando &c. extra. de homicid. vbi ex illa copula inter res & personam posita satis constat, pro sola rerum defensione occidi inuasorem non posse: verùm tunc homicidiũ fore inpunitum, quum pro rebus & persona simul defendendis perpetratum foret. Ita contra receptam istam opinionem expendit inibi illum textum Abbas in iiij. notabili. Et antè Abbatem sic eum textum intellexit glossa in prin. xxiij. quæst. iij. in secunda glossa in versic. fugiens. sed Abbas in d. c. ij. respondet, præscriptam interpretum iuris ciuilis conclusionem, vt pro solis rebus defendendis quis homicidium patrare queat impunè, posse

procede

procedere in foro seculari cōtentioso, non item in foro pœnitentiali; quia peccator tūc, & pœnitentia est pro peccato iniungēda, vt probatur in illo text. allegat ad hoc preterea glossam primam, in simili in. c. Inter. 33. q. ij. non satisfacit Iasoni Abbatis intellectus ad illum textū. Quoniam si occideretur inuasor etiam pro defensione rerum & personæ simul, nihilomagis tamen in foro conscientiæ seu pœnitentiali impunitum homicidium esset; secundum generalitatem rationis assignatæ per glossam in dicto. c. Inter. 33. quest. ij. & concordat hic glossa. ij. nostræ legis, Quare idem Iason soluebat aliter nodum inquiens: prædictum. c. ij. ad clericos non ad laycos esse referendum. Quam solutionem prius attulerunt canonistæ interpretes ad eum textū, vt Ioannes de Anania illic refert col. ij. ver. posset etiā dici quòd hic loquatur in clerico &c. Enimuerò huiusmodi sensum in eo textu ipse minimè probo. Nā illic sub finē author differentiā diserte tradit inter præsbiterū, qui occidisset, & laycū. Quoniam duriorē pœnitentiā presbitero quàm alij iniūgit. Ideoq; de solo presbitero non loquitur ille textus. Respondebat quoq; ad illū tex. Ioannes de Anania ibi, col. ij. ver. adde tamē quòd volendo tenere opinionē legistarū &c. quòd illa copula inter res & personam posita, accipi posset pro disiunctiua, id enim fieri potest, vt quū res postulat, impropriè

verba

verba sumantur. c. quemadmodum. vbi gloss. in versi. quamnis. per illum textum. extra de iureiuran. glossa in l. eas caussas. in versi. eas verò. ff. de conditi. & demonst. Qui quidem intellectus satis confirmari videtur ex. c. verùm. ibi, pro vita & rebus. extra de iureiuran. siquidem doctores eo in loco putent iustum esse metum, qui nobis vel ex solo etiam amissionis bonorum periculo imminet. c. Abbas. extra, de ijs quę vi met. caussa fiunt. c. frequens. de restit. spoliat. lib. vj. Sed responsio Annanię est parùm solida: quoniam recipi ea posset, quando ex alijs iuribus & argumentis verba impropriè extra suum significatum accipi debere suadetur, sicuti in locis pridem citatis est videre. Cum itaque id inibi non suadeatur, vti paulò post audies, tali expositioni minimè accedendum reor. de eius nouissimè hic dicebat, quòd illa ibi copula non retineret vim coniunctionis, sed continuationis significationem haberet: quemadmodum habet in simili in l. j. in princ. ff. de his, qui not. infam. Hanc autem interpretationem ad illum textum confirmabat ipse Decius tali argumento: satis liquet, cuiq; licere pro tuitione salutis proprię aduersarium interficere, vt hic cum materia. Dum ergò in illo text. c. ij. de homicid. legitur, te tuaque liberando &c. videtur quòd illud sequens verbum, tuaque, sit inibi superfluum: siquidem pro sola proprij corporis defensione

fenſione abſque defenſione rerum permiſſum erat antea homicidium impunè, prout dictum eſt, meritò illud ibi ſequens verbũ, tuaque, nè videatur eſſe ſuperfluum, debet videri addere præcedenti verbo, vt idem quoque iuris ſit poſthac conſtitutũ pro defenſione rerũ, quod antea fuerat pro tuitione perſonæ: nēpè impunè occidere alterũ cuiq; rerum gratia licere, & hoc pacto non ſolũ ille locus, inquit Decius non contradicit cōmuni noſtratium interpretũ ſententiæ, ſed ei maximè conuenit, adſtipulaturq;. Non recipio hāc Decij interpretationem, quæ & alienũ ſenſum à verbis illius textus affert: & inde nimirum falſa quoque conſtat, quòd ibi non introducitur nouum ius pro defenſione rerum, ſed contingentia facti mera refertur.

40 † Putarim proinde cũ Ioāne illo de annania in d.c.ij. & in c.ſuſcepimus. col.j. ver.j. vtrum autem ſit licitum laycis &c. extra, de homicid. contrarium eſſe verius: ideoq; conſulendo & iudicando planè tenendũ: vt ſcilicet pro ſola rerũ defenſione, etiam ſi res aliter defendi nō poſſint *. nihilomagis permiſſum à legibus noſtris impunè homicidium. Nuſquam etenim iſtud iure probatur: & citatæ hic leges in gloſſa nihil tale nobis indicāt. Quippè text. in l.iij. §. cum igitur. ff. de vi & vi arma. Annanias inquit, non permittit homicidium defendenti poſſeſsionē propriam: cæterùm ei lex tantum cōcedit repellere

* Pro tutela rerũ ſuarũ homo impune interficit

aduerſarium,& vim vi propulſare. Eque declarandus videtur alter textus in l. j. C. vnde vi. vbi vim illatam propulſare licet poſsidenti cum moderatione legibus definita. ergò non licebit inuaſorem occidere.
41 † Vel tu melius reſponde ad d. l. in. in §. eum igitur. Vlpianum loqui, vbi poſſeſſor in diſcrimen vitæ & periculum venerat defendendo ſuam poſſeſsionem: à qua ipſum deijcere armis aduerſarius eius conabatur, hoc ipſum vis illorum verborũ legis & ſignificatio haud obſcure oſtendunt. ibi, qui cum armis in nos venit, eum armis poſſumus repellere &c.
42 † Vnde quum poſſeſſor defendendo ſuam poſſeſsionem vita periclitatur, velut quia in ipſum infeſta arma feruntur: poteſt vtiq; armis cõtrariis inimica arma repellere, id eſt, inuaſorẽ ſuũ (ſi aliter intẽtus defenſioni ſuæ poſſeſsionis ſaluti propriæ vitæ conſulere nequit) occidere. Hic eſt proprius opinor illius legis ſenſus. Videas bonum textum meæ declarationi concordem in l. j. §. vim vi repellere. ff. eod. de vi & vi arma. igitur pro ſola rerum noſtrarum defenſione (ni & periculum vitæ accedat) interimere inuaſorem earum nobis non licet.

Non obſtat alius locus in l. itaque. in. prin. ff. ad l. aquil. Reſpondet Ioãnes de Annania quòd verba Caij Iuriſconſulti reſpiciunt periculum ſolummodò perſonæ, non etiam rerum, quando ſic legiſlator inquit: ſi ſeruum tuum latronem inſi

insidiantem mihi;hoc est,personę & saluti meæ &c.non autem dixit, rebus meis. Enimuerò pro communi opinione acrius vrget ille locus Caij inibi paulo inferius in §.lex duodecim tabula. vbi furem nocturnum impunè occidi ex legis duodecim tabularum decreto Caius simpliciter scribit,sicq́ pro solis rebus defendendis homici diũ fore impunitũ lex iubet. Quare dicebat Iason,considerandã etiam in illo textu, nempè in sequẽtibus verbis, ibi,interdiu autem depræhensum &c. aduersatiuæ illius vim: quæ cùm præcedẽtibus aduersetur,cõsequẽs est,in antecedẽti casu tantũ loqui Iureconsultũ, vbi agebatur de periculo rerũ:quum in sequẽti expreßim de periculo personæ fiat mentio.ibi,si se telo defendat &c.meritò pro rebus duntaxat seruandis homi-
43 cidiũ æquè impunè patrabitur. † Tu verò respõde à Caio illic in d.l.itaq;. §.lex duodecim tabular.recitari nudam & (vt sic dixerim) rudem legis duodecim tabularum in furẽ nocturnum dispositionem. Cæterùm *interpretationem prudentum admittit ea legis duodecim tabularum dispositio: vt scilicet ita demum furem nocturnum impunè quis poßit occidere, si parcere ei absque suo periculo non queat, non aliàs, sic illud duodecim tabularum legis decretum propriè interpretatur Vlpianus in l. furem. digestis ad l. Cornel. de sicar. Eandem prorsus illi duodecim tabularũ legi addidit expositionem

* Pulcherrima interpretatio capitis legis duodecim tabularum

sextus Cæcilius Iureconsultus eximius, ipsam legem ac vim eius & sensum Phauorinum philosophum quandoque docens, vti Gellius refert lib. xx. noctiū atticarū, c. j. benè facit textus in l. j. C. quando lice. vnicuique sine iudi. se vindi. in verbis illis, ac mortem, quam minabatur excipiat, &c. Itaque, in præallegato. §. lex duodecim tabularum. non solùm periclitabatur quis bonis sed etiam vita.

Neque te moueat Iasonis cōsideratio propter illam aduersatiuam, autem. Seruat oppidò suam naturam aduersatiua ibi, & sequentia vt præcedētibus aduersentur efficit. Porrò in præcedenti. §. lex duodecim tabularum. lex nobis permittit, nocturnū furem, qui grassator scilicet & violentiam nobis ex insidiis illaturus venerit, cuiuē citra salutis nostræ periculum parcere non valeamus, occidere. At verò in sequenti. §. Interdiu. lex concedit, furem diurnum occidere, quando se telo defendit, quo minus illum appræhendamus. Ergò aduersatiua illic non ociose fuit interposita. Siquidem casus præcedēs nō sit idem cum casu sequenti, sed penitus ab eo diuersus. In præcedenti occido furem & eundem grassatorem nocturnum, qui & rerum & salutis meæ insidiator venerat. In sequenti autem occido furem diurnum, qui mihi seu vitæ meæ principaliter & rectà non venerat insidiaturus: sed volenti mihi eum compræhendere resistebat armis.

Simili

Simili modo nihil pro communi opinione facit text. in l. v. in prin. ff. eo. ad l. aquil. vbi legitur, si quis metu mortis furem occiderit, lege aquilia eum non teneri: & sic non pro defensione rerum, sed personæ suæ homicidium lex illa fieri concedit. Idem habes in l. scientiam. §. qui cum aliter. eod. tit. ad l. aquil. vbi scriptum est, quum aliter se tueri non possent &c. ergo non defensionis bonorum, sed tuitionis personæ in homicidio committēdo habetur ratio. Neque est secus cautum in d. l. furem. ff. ad l. corn. de sicar. quum ibi Vlpianus dicat, sine periculo suo &c. Sicque propter defendēdam amicè personam commissum homicidium non punitur. Identidem quoque in c. j. §. si quis hominem. in titu. de pace tenen. ibi, quod vitam suam defendendo &c. speciatim annotatum constat. Rursum id planè est compræhensum in clement. j. de homicid. ibi, mortem aliter vitare non valens &c. In memoratis omnibus hisce locis legum latores non tanti rerum conseruationem, quanti personæ salutem faciendam existimarunt. Ac propterea homicidia, defensionis propriæ personæ, ergo perpetrata impunita fore statuerunt, propter verò defensionem rerum admissa non item.

44 † Et quod pro defensione rerum non sit permissum homicidium, patet vltra prædicta per textum in l. si ex plagis. §. tabernarius. ibi, sed si ab eo non prior vapulasset &c. digestis.

ad l. aquil. in cap. si perfodiens. cap. suscepimus. extra, de homicid. Cur quæso res tanti essent faciendæ homini, quanti salus corporis proprij
45 † Si hominis causa sint reliqua omnia condita, & creaturarum homo sit nobilissima creatura? l. in pecudum. in fine, digest. de vsur. l. ij. in princip. digest. de stat. homi. l. iustissimè.
46 in princip. digest. de edili. edict. † Indè nimirum est, quòd percussio humani corporis, vt libet leuis quauis pecuniaria pœna creditur esse maior. l. in seruorum. in fine, digest. de pœnis. Ob id & glossa alibi dicebat, quanquam iuste quis non modò se ipsum sed & bona sua de-
47 fedat: † attamen non ita pro defensione rerum atque pro tuitione personæ esse contra aduersarios sæuiendum. in capit. dilecto. in ver. bonis. de sententia excommunica. libro vj. Id quod & Angelus Perusinus hic in principio propriè voluit. Nec me mouet, quoniam bona & patrimonium, dicantur esse hominis vita. d. l. Aduocati. cum glossa & Baldo. C. de aduocat. diuerso. iudicio. Illud quippè est eo nomine verum, quia ex bonis seu patrimonio sustentatur subindè homo, d. l. in pecudum. digest. de vsur. Cæterùm longè alioquin inter se hæc inuicem distant: defendere corpus & defendere bona. Primo casu qui corpus suum tuetur, propriam salutem & sanguinem directo ac immediate defendit: qui verò bona, siue patrimonium

nium tuetur, proprium corpus vel salutem per consequentiam mediate defendit: quemadmodum dicimus quòd quis directò in sui persona potest pati iniuriam, quando scilicet ipse immediate læditur: per consequentiam verò potest iniuriam pati, vbi liberi eius, vxor, aut serui male afficiuntur. lege j. §. item aut per semet ipsum,
48 digest. de iniur. † Proinde quum termini sint inæquales, à defensione personæ ad defensionem rerum ac patrimonij, iniqua est identidem perducta argumentatio. l. Papinianus exuli. in prin. ff. de minor.*

In controuersia ergò disceptatione ita plane ex prædictis statuendum cum Decio arbitror,
49 † Aut agitur de sola rerũ amisione citra vllũ præsentaneũ vitæ meæ discrimen: velut si fugientem cum rebus surreptis furem insequor: occidendi illum impune pro rebus seruandis ius mihi non est, quemadmodum ex superius copiose recensitis constat. d. c. si perfodiens. & c. suscepimus, extra, de homicid. l. iiij. §. interdiu. l. si ex plagis. §. tabernarius. ad finem, digest. ad l. aquil. l. furem. ff. ad l. cornel. de sicar. cum simi-
50 libus. † Damnum veruntamen in rebus alienis pro suis defendendis dare quis potest impune. l. iij. §. quod ait prætor. ff. de incend. rui. naufrag. l. si quis fumo. §. quod dicitur. digest. ad l. aquil. Aut occasione defensionis rerum suarum quis venit in periculum vitæ: puta quo-

* Leges pmittũt possessionẽ armis defendi posse, ac cõtinuo amissam recuperari: pmittere quoque censentur necessariam consequentiam, vt si sequatur homicidium: illud impunitum remaneat. l. ij. ff. de iurisd. omni. iud. Ph. Bugnonius.

niam fur aut raptor bonorum armis contra nos ei resistentes & vi armata vtitur: tūc dubio procul homicidium si commiserimus, impune erimus id lacuri. d. l. furem. ff. de sicar. d. l. iij. §. eum igitur. digest. de vi & vi arma. cum similibus pridem adductis. Et isto casu locus erit communi nostratium opinioni: licet impunitum dici tum proprie non possit homicidium tanquam pro defensione rerum patratum: sed potius impunitum erit censendum, veluti pro tutela propriȝ corporis, occasione tamen rerum, factum. Vndè compertum est Bartolum, atque eius sententiæ Doctores reliquos parùm accurate docuisse, pro defensione bonorum perpetratum homicidium, æque ac pro defensione corporis, fore impunitum.

Quid verò pro simplici defensione honoris, qui ab aduersario verbis tantum labefactetur,
51 dicemus? † Num verbalem scilicet iniuriam verbis saltem propellere liberum cuique erit? Pone: aliquis te latronem appellauit: an eum vicissim poteris homicidam, adulterum, vel nebulonem vocare? Iason sic iniuriam contrariis probris posse iuste repelli authumat.
52 † Eodem habentur loco, inquit ille, defensio honoris, & defensio vitæ. l. iusta. in prin. vbi glossa j. digest. de manumiss. vindict. est bonus textus in l. isti quidem. §. quod si dederit. ff. de eo quod met. cau. Verùm pro defensione vitę licet armis

armis contra aduersarios vti: ergò idem iuris erit pro conseruatione honoris, vt verbis contrarijs iniuriam reiiciamus. Eodem spectat doctrina Bartoli in l. omnia, §. j. per illum textum ff. de procurat. si quis obiiciat crimen mihi ali-
53 quod, possum iuste ei dicere, tu mentiris,
† Quod verbum iniuriosum habetur, & eius nomine libellus iniuriarum alioquì datur, secundum eundem Bartol. in l. item apud labeonem, §. sed quod adiicitur. num. 3. ff. de iniur. Alex. & alios in l. turpia. in princ. ff. de legat. j. sed Iasonis ratio parùm recta, & decio & mihi videtur.
53 † Porrò quãuis defensio honoris non sit inferior defensione propriè vitæ. d. l. isti quidem. §. quod si dederit. ff. de eo, quod met caussa. d. l. iusta. in prin. ff. de manumi. vindic. Attamen in quæstione subiecta (vbi soli defensioni vnicè studetur) cauẽdum in primis est*, ne quid ad vltionem seu vindictam illatæ iam prius iniuriæ fiat. l. scientiam. §. qui cum aliter. versic. & hoc si tuendi. ff. ad l. aquil. verba autem contumeliosa si obiiceremus in aduersarium conuiciatorem post irrogatam iam nobis verbalem iniuriam, diceremur caussa vltionis non defensionis (quũ nec illatam iniuriam eo pacto amoliremur) taliа obloqui, vt suo posteà loco tractauimus, in articulo inculpatæ tutelæ. Igitur iniuriarum huiusmodi relatio, quæ vindicta verius, quàm defensio, est nuncupanda, minimè gentium debet esse

* Permissum nõ est iniuriã verbalem verbis equipollentibus retorquerene de verbis ad verbera facilime procedatur.

55 bet esse permissa. † Neque repugnat prædictis: quoniam iure omnibus liceat dicere aduersario conuiciatori, tu mentiris &c. d. l. omnia. §. j. ff. de procuratorib. etiam illud verbum sic est receptum (vt in iudicio etenim contra aduersarium proferri possit) quando falsa sunt, quorum nos aduersarius ille criminatur, non aliàs. Ita Bartolus hoc eius dictum intelligit in præallegata. l. omnia. §. j. ff. de procurato. & tacit textus in l. qui cum maior. §. si libertus; & ibi glossa in versic. retorsit. in fin. ff. de bon. libert. in l. si quis in graui. §. vtrum. in prin. ff. ad syllania. in l. libertus à patrono. ff. de in ius vocā. vnde si furtum fecisses, & te aliquis furem vocaret, non liceret tibi respondere mentiris: quia verum ille tibi diceret. l. eum qui nocentē. in princ. ff. de iniur. meritò si tu illi respōderes per verbum mentiris &c. iniuriarum eidem fieres obnoxius. d. l. item apud labeonem. §. sed quod adiicitur. vbi Bart. ff. eod. de iniur. doctores tradunt in l. turpia. in princ. ff. de leg. j. ad hæc Alex. & paulus Castrensis in l. vlti. ff. quod quisque iur. Et hæc quidem hactenus.

Nunc autem in defensione aliorum suscipiēda quid nobis sit lege permissum videamus.
56. † Certum quippe est (Musonio teste) conuenire, vt vnusquisq; etiam proximi sui res agat, atq; curet, quòd respublica benè habeat. Quòd si dixeris, vnicuique rem suam solùm curandam

dam esse, reddes hominem nihil vel à lupo, vel vllis alijs immanissimis feris differentem, quæ quæ per vim & rapacitatem viuunt, nulli parcentes, vnde quicquàm sibi gratum auferre possint: sine conuersatione, sine mutuis operis, ac sine omni iustitia degentes. Huc spectat textus in l. in commodato. §. sicut. in fi. ff. commodat. verùm Glossator hic, Bartolus reliquiq; doctores summatim ac perobscurè nimis hunc ipsum locum & confusè tractant. Nos verò, quò ista explicatius constent, per illos pridem recēsitos cognationis circulos subiectam quæstionem haud incommodè digeremus. Cùm itaque in secundo cognationis circulo scripserim anteà, liberos contineri nostros, parentes, vxores: de his affatim singulis verba à nobis nunc prius fieri operæpretium erit.

57 † Parenti nemo dubitat pro defensione salutis liberorum occidere aduersarium licere. 58 † Vt enim Plato dicit, (& omnes norūt) vnūquodq; animal pro suis fœtibus fortiter dimicat Euripides aiebat, vehementē in liberos amoris affectum deum dedisse hominibus. Atquì vna quædam est cōmunis omnium lex, & diuinitus instituta: vt videlicet nullum nō animal natum ex se fœtum amet. Dictitare Antiphanes philosophus solebat: Cùm aliquid in gratiam dilecti filij facio: hūc ad me fructum pertinere mihi persuadeo. Themistius ille scribit, quòd liberorum

amor

amor cœlitus est naturæ alligatus: & planè ab aurea illa infractaque catena pendet, quam natura perpetuò contexens, & obeuntibus nascentia coniungens, nè in nihilum relabatur sibi cauet. Ob id hercle & calistratus noster in l. liberorum. §. vltim. ff. de verb. signific. inquit, filios idcirco concipimus, vt ex illorum prole diuturnitatis memoriam in æuum nobis relinquamus.
59 † Contra stimulos igitur naturales (si iureconsulto Paulo credimus) is facit, qui filiorum tutelam subire renuit. l. amicissimos. §.
60 lucius. in fin. ff. de excusat. tutor. † Pro ista conclusione defensionis paternæ erga filium, cui se nemo ex nostratibus non subscribit, est textus in fortioribus etiam terminis minimè sinuosus in l. j. §. item diuus. ff. ad l. Corne. de sicar. cui respondet sobria iureconsulti decisio in l. isti quidem. §. vltim. ff. de eo, quod met. caussa. l. nam etsi parentibus. in princ. ff. de inoffi. test. l. scripto. in fin. ff. vnde liber. in l. j. §. item aut per semetipsum. ff. de iniur. l. j. ibi, quia semper parentis interest, filium seruitutem non subire &c. l. amplius. circà princip. ff. de liber. caussa.
61 † Etenim magnam liberorum rationem parentes habere oportet. l. j. & ij. C. de patrib. qui fili. suos distraxer.

62 † Vicissim & idem filio pro tuitione suorum parentum ius occidendi aduersarium erit.
63 † Porrò Diogenes quandoque interrogatus, quomo-

quomodo patres & filij se inter se gerere deberent, respōdi: Rectè se gerēt, si ea, quibus opus est, exhibendo petitiones inuicem præueniant. Meritò autem pater, vt qui prior beneficia contulerit, nisi vicissim accipiat, statim tristatur. itaque filius suos iustè tuebitur parentes, illorum aggressorem (si aliàs defendi non posint) etiam occidendo. Ita benè probat textus in d. l. j. §. item diuus. ff. ad l. Corn. de sicar. in d. l. j. §. versa enim
64 vice, cum. l. sequenti, ff. de liber. caussa. † Si non minus filij parentibus, quàm patriæ, debēt: imò plus. l. veluti. & ibi Castrensis ac reliqui scribentes ex ordine textus notant supra hoc eod. tit. atque sit pro patria dimicandum, iuxta illud Catonis, secundum glossam in l. fallaciter. in versic. prodita. C. de abolitionib. consentaneum æquè & multò magis iustum, videtur, pro defendendis parentibus nihil non filiis vel in hoc defensionis genere permitti debere. Ad hæc, bonus textus in l. furiosæ matris. ff. de curatorib. furioso. l. qui cum maior. §. si patris mortem. ff. de bon. libert. l. j. C. de alend. libert. à parentib. l. j, per totam. l. liberto. ff. de obsequi. à liber. & libert. l. si quis à liberis, circà princ. & per totam vsque ad, §. solent iudices. ff. de. liber. agnos. l. si filius. C. de patr. potest.
65 † Neque aliter maritum decet, vxorem
66 suam tueri, ac parentes vel liberos. † Coniunx etenim in secundo cum illis cognationis

circul

67 circulo allegatur marito: † & est socia rei hu
manæ, atq; diuinæ domus, l. aduersus. in princ.
68 C. de crimi. expil. hæredit. † Proindè Euri-
pides scitè sic scribit. Æqualem calamitatem vi
ri esse iudico, liberis priuari, & patria, & vxore
69 sedula. † Nam(si Musonio credimus nec so
dalis sodali, nec frater frarri, nec filius parenti
tâm gratus & amicabilis fuerit, quàm vxor est
suo marito. Coniugibus communia esse omnia
existimantur, & corpora, & affectus & opes.
Quas ob causas viri ac mulieris amicitiã omnes
antiquissimam iudicant. Conuenit hic benè te-
xtus in l. j. ff. de ritu nupti. in. §. nuptiæ, insti. de
70 patr. potest. † Hierocles philosophus putat,
aliàs amicitias & beneuolas animorum inclina
tiones, similes esse mixtionibus leguminum,
aut aliorum huiusmodi, quæ inuicem apponun
71 tur. † Viri autem & vxoris amorem mixtio-
ni, quæ tota per totum fit, vt vini cum aqua. Id
circò minimè mirum videri debet, si pro tutela
vxoris certamen viro & pugna, ad instar defen-
sionis proprij corporis, sit ineunda. Huc planè
itidem spectat totum illud diui Hadriani rescri
ptum in d. l. j. §. item diuus, ff. ad l. Corne. de si-
car. in l. j. §. item aut per semetipsum, ff. de iniur.
72 † est bonus textus in c. admonere, in princ.
ibi, nam occidisti vxorem tuam, partem corpo-
ris tui &c. xxxiij. q. ij.

Sed quid è contrà, nùm & iustè vxor suum
tutabi

turabitur maritum, aduersariumque eius impunè eo nomine occidet? Dices tu forte idipsum: iure non recipi oportere: siquidem dedeceat prorsus, maritos ab vxoribus defendi. l. ij. ff. de iniur. §. patitur. insti. eod. de iniur. contrarium
73 censeo tenendum. † Quanquam enim proprium vxoris munus non sit defendere maritum: attamen si res ita postulet, si exigat necessitas, marito suo vita periclitanti iustissimè quoquomodo illa subueniet, argum. l. fœminas. ff. de procuratorib. l. iij. §. cùm vero talis. ff. de libera. caussa. Porrò cur vxori studiosissimæ salutis mariti defendere eum non liceret, quum maritus pars corporis suæ vxoris, & coniunctissimus illi sit, ed. c. admonere. xxxiij. q. ij. cũ aliis ad hoc pridẽ annotatis locis. Quibus congruit textus in l. cæterùm. §. mulieri. cum. l. sequenti. ff. de
74 vsu & habita. † Quinetiam ex veteri historia patet, quanto maior sit vxoris in maritum amor, quàm parentum erga liberos. Admetus ille quum hoc muneris diuinitus ei offerretur, vt duplum ætatis sibi destinatæ viueret, si quem suo loco moriturum exhiberet: parentes quidẽ, licet decrepiti, mortem pro ipso subire detractauerunt. vxor autẽ Alcestis, valde iuuenis adhuc
75 prompta fuit ad moriendũ pro marito. † Inde nimirum Caius pro Lucilla inquit: sæpius maior est vxoris in maritum, quàm in liberos, beneuolentia,

76 Quæ

76 Quæ diximus permissa esse maritò in defendenda vxore:& è contrà : eadem illa sponso pro tutela sponsæ,& è contrà nequaquam denegata existimabis.l.item apud labeonem.§.sponsum quoque. ff.de iniur.l. si vxor.§. diuus seuerus.ff.de adulteri. † Hisque accedit,quòd validum est de vxore ad sponsam ductum argumentum.l.oratio.ff.de sponsalib. l. non sine. C. de bon.quæ liber.
77

Cæterùm maior oboritur dubitatio de concubino ac eius concubina : an scilicet alter pro alterius defensione homicidium impunè possit
78 committere. † Et puto ( quamuis tale connubium iure diuino non sit permissum. c. ne-
79 mo.xxxiij. q.iiij. † Et,vt dicitur, illicitæ rei societas nulla posſit coiri.l.si à reo.§.illud.in fin. ff.de fideiussor. ) defensionem huiusmodi vtrisque vicissim dubio procul esse impunitam.
80 † Amici enim, ac plus quàm familiares & domestici,hi sunt.l.massurius.ff.de verb.signifi. l.j.C.de concubi. ac propterea de quinto cognationis circulo alter alteri iungitur.Ergò alter alterum, ceu amicus amicum, iustè tuebitur : vti inferius de amicis nos differentes paulò post au
81 dies. † Denique & concubina, vxoris penè instar habetur.l.j.in princ. & in ver. nam & sextus Cælicius.ff. de adulter.c.omnibus.§. concubina.34.distin.Quare Demonsthenes in oratione contra Neæram dixit: concubinas ad co-

tidianam

tidianam corporis curam habemus:vxores verò vt liberos legitimos gignamus,& rei domesticæ fidam custodem præficiamus. Ideoq; inter suos qui maxime sint defendendi, eiuscemodi personæ sint meritò referendæ.d.l.j. §. item diuus. ff. de siccar. facit text. in l. affectionis. ff. de donatio.
82 † Fratres quoque,quos anteà tertio cognationis circulo adscripsimus, sibi ipsis opem pro tutela corporis sui vicissim ferre debent. Nanq; (Publius Nigidius ait) frater dictus est, ferè al-
83 ter. Vnde & apud Plutarchũ legitur: † Qui fratrem suum non amat,is ne parentes quidem, qui amborum generationis cõmunes auctores
84 fuerunt,amat. † Boni probiq; filij non solum propter parẽtes amore mutuo se prosequentur,sed etiam parentes propter sese. Cùm enim multas ob causas parentibus gratitudinem debeant,plurimum eis fratrum nomine debẽt. Eo
85 dem spectat Hieroclis dictum: † Cogitandum est,ille inquit, quod fratres quodammodò corporis tui partes sint, quemadmodum oculi tui, pedes, manus, & reliqua membra. Nam & fratres aliquo modo ita se habent, si communem generis originem spectes. Si igitur oculi manusque ( si animæ & mentis per se compotes essent ) reliquas partes omni studio curarent propter intercedentem ipsis communionem, quoniam ne ipsæ quidem functionem suam rectè administrare possunt citra præsen-
e tiam

etiam aliarum partium: ita nobis etiam, qui homines sumus, & animam habere nos fatemur, omnibus viribus euitendum est, vt fratribus decenter vtamur. Magis enim, quàm partes corporis, ad auxilium mutuum fratres compositi esse videntur. Quamobrem Xenophon in libris, quos de Cyri institutione composuit, existimat, illum, qui fratri prouidet, seipsum curare. Idcircò & fratris sui impuberis frater fiduciarius tutor quoque dici videtur. Instit. de fiduciar. tute, per totum. Papinianus olim interrogatus, respondit: ratione affectus erga fratrem nostrum, actionem mandati nobis competere, quæ alioquin fuerat minimè competitura. l. cum seruus. digest. mand. Proindè defensionem vnum pro alio fratrem iustè subire, constat. Id quod est maximè compræhensum in sæpius allegata lege j. §. item diuus. digest. ad l. cornel. de sicar. in lege, hi tamen. in princip. digest. de accusat. in lege, raptores. §. j. C. de episcop. & cleri. l. vnica. §. ne igitur. C. de rap. virgi. l. j. in fine cum lege sequenti. l. iij. §. cùm verò talis. ibi, vel sororibus eius, digest. de liber. causa. lege, lex cornelia. circa principium, digest. de iniur. facit textus in lege, sed & hæ personæ. in princip. in ij. responso. digest. de procurator. in lege vnica. C. si quacunque prædit. potest. Quibus in locis aliud est prætereà videre: omnes personas (agnatos inuicem ac cognatos)

in quar

in quarto cognationis circulo contentas, mutuam propriæ salutis defensionem non iniquè suscipere.

Reliquum est, de extraneis, qui sanguine nobis coniuncti non sint, in hoc genere defensionis pauca dicere. Hoc loco Bart. cuius mentem Decius propter verborum ambiguitatem parum dextrè assequutus videtur, omniũ extraneorum obscuram mentionem promiscuè facit. At sic ipse ratiocinari voluit. Quandoquidem lege cautum est, vt pro tutela rerum alterius extranei possimus inuasorem ipsius rerum (si res aliter saluæ illi esse non possint) impunè occidere, iuxta notata per glossam in lege iij. §.eum igitur. in versi.ex continenti.digest.de vi & vi arma. ergò multo magis idem nobis licebit pro tuitione eius corporis.lege,sancimus. prima.ad fin. C. de sacrosanct. eccles. cùm itaque (Bartol. ait) in isto textu simpliciter legatur, quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit &c. Addi verbis legis conueniet, aduerbium, maximè: sicq; fiet, vt lex nostra non solùm propriæ salutis defensionem, sed etiã extraneorum tutelam legitimè adhibitam reddat nihilominus impunitam, faciunt notata per glossam in l. illud.in ver.æstimari.in fi.ff.ad l.aquil. † Cæterùm verò mihi non probatur illa Bart. additio, tum quia Iureconsultum imperfectionis manifestè arguit, tum quòd & legislatoris inten-

tro sola fuit, de defensione propriæ cuiusq; personæ differeret: cū in aliis locis illud ipsum, quod quærimus, probetur abundè, prout statim ostendam. Quoniam igitur extranei, quēadmodùm anteà docuimus, in varios identidem cognationis distribuuntur circulos (quidam enim pertinent ad quintum, alij aliis latioribus comprænhendūtur spaciis) non ab re erit, cœptum in consanguineis ordinem (quo ad eius fieri poterit) in extraneis prosequi.

Iunguntur itaque nobis de quinto cognationis circulo præceptores, affines, amici, sodales, domestici, vicini, idq; genus hominum plures. Ideoq; propter mutuam affectionē, quæ nobis est cum illis, alter alterum armis iure optimo de-
87 fender. † Præceptoribus sanè nostris eundem propè honorem & reuerentiam debemus ac parentibus ipsis. l. liberto. iūcta glossa in ver.
88 debet. ff. de obseq. à liber. & libert. † Affectionis quoq; & accepti beneficij ratione, nos ad illos tuendos attrahi, exploratæ veritatis est. l. j. §. item aut per semet ipsum. ver. spectat enim. ibi vel affectui &c. digest. de iniur. Huc refertur:
89 † quia præceptores iure communi suis discipulis sunt magistratus constituti ac iudices. §. illud. in proœmio digestorum. auth. habita. sub finem. C. ne filius pro patre. Et castigationem aliquam seu leuem corporis cohercitionem eis in discipulos lex indulget. l. sed & si quemcunq;. in fi. cum

ſi.cum l.ſequenti. ff. ad l. aquil. ſed magiſtratus eſt ſubditis pro patre.§.Eos autem.in auth. vt iu dic.ſine quoquo ſuffrag. gloſſa in §. interim. in ver.iudex.in auth.de defenſo.ciuit. Ideò & à diſcipulis eos inſtar parentum defendi(ſi res ita accidat)in promptu ſic eſt, vt diſputatione res maiore non egeat,per prædicta. Ad quæ etiam facit textus in l. ſi collactaneus.in prin. ff. de manumi.vindic.in l.aquilius.ff.de donatio.l.ij. ſub finem.ibi, ſed plurimum à ſuis auditoribus ſuſtentatus eſt &c. ff. de origin.iur.in l.ſemper.ff. de iure immunit.

90 † Affines itidem comites itineris, amici, ſodales,domeſtici,hoſpites,& vicini(quum illorum vita in diſcrimen adducitur)videntur meritò defendendi,argumento.l.aut affinitate.l.ſed & hæ perſonæ.in prin.in ij.reſponſo. ff.de pro-
91 curator. † Quandò etenim prædictæ perſonæ ſic nobis coniunctæ læduntur, & nos ipſi illam ſentimus iniuriã. l.item apud labeonẽ. §.tenetur.vbi gloſſa in ver.eorum quem.ff.de iniur. ac propptereà illas à nobis defendi, æquum eſt.c. non in ferenda.c.fortitudo.xxiij. q.iij.c.dilecto. §.vlt.& ibi gloſſa in ver.vicino.de ſent.excom. lib.vj.l.deuotum.circà prin.& ibi gloſſa in ver.
92 conceſſum.C.de meratis.li.xij. † Quo loco Bar.ait per illum textum quòd ſi quis velit me expellere de poſſeſsione mea, amici mei, vicini, atque etiam peregrini poſſunt ei impunè armis

 reſiſte

resistere. Decreto Bar. bene inseruit textus in l. iij. ibi, & parui refert &c. in l. si quis in seruitute. in fin. digest. de furt. ad prædicta facit l. ij. ff. de vsu & habita. l. ij. ad fin. ibi, eorum quoque ministeria &c. C. de episcop. & cleri. l. iij. §. sed quod diximus. digest. de penu lega. Vnde Xenophon existimat, plurimi faciundum esse hominem, quicunque præueniat hostibus nocere, & amicis bene facere. Marcus Cicero in libro, quem de amicitia scripsit, vult adiuuandum esse amicum, vbi de capite illius, aut de fama agatur. Theophrastus peripateticus Phauorinusque philosophus haud aliter pro amico faciendum iudicarunt. Videas Gellium libro primo noctium atticarum. cap. iij.

Sunt & alij subinde prorsus extranei: quorum nonnulli (prout varia circulorum cognationis distantia, modò magna, modò maior, modò maxima, indicat) à nobis aliquandò minùs,
93 quandoque plus distant. † Horum nihilominùs omnium vnam tradunt Bart. Bald. reliquique interpretes normam: vt illos scilicet vita periclitantes probè armis defendamus. Lege nanque prætoria nobis est permissum, res aliorum & negotia tueri. l. j. ff. de neg. gest. d. l. iij. §. cum igitur. & ibi glossa in ver. ex continenti. ff. de vi & vi arma. Ergò multò magis defensionem pro illorum personis subire, nobis iure licebit. d. l. sancimus. j. in fine. C. de sacrosanct. eccles.

† Quod

94 † Quod verum præsertim esse Bar. voluit, vbi istiusmodi conditionis homines auxilium nostrum implorarent & hoc per text. in l. Gracchus. C. de adulte. vti in recitatione ipsius Bart. diximus. Idem voluit ipse Bar. (quamuis de implorando auxilio mentionem ibi non faciat) in l. si quis in seruitute, per illum textum in fi. ff. de furt. Baldus in l. j. in viij. quæstione nu. xxij. Cynus & alij. C. vnde vi. Ioannes de anania in c. ij. col. vlti. versicu. octauo quæritur. extra de homicid. Florianus de Sancto Petro in l. scientiam. §. qui cum aliter, col. vlt. versicu. & id. ff. ad l. aquil. & Iason hic. Quibus in locis volunt Doctores, vt tutò quis iuuet extraneum, interueniente mandato.

95 † Ego autem reor in proposita defensionis quæstione, vt absque vlla eorum imploratione auxilium à nobis nostrum (imò eis inuitis) recte & impune præstetur. l. non tantum, vbi bonus textus. digest. de appell. capitul. dilecto. §. vltim. de senten. excommun. libro vj. facit text. in l. exigendi. C. de procurat. quippe nostra interest, homines vtcunque extraneos nostro adficere beneficio. l. seruus ea lege. ff. de seruis expor. l. in commodato. §. sicut. in fin. digest. commod. Sic nimirum Hierocles ait: Plurimum nos iuuat ratio, alienos etiam & sanguine nihil iunctos concilians, ac sociorum copiam ex-

96 hibens. † Proinde naturali quodam

studio quoslibet allicere & amicos nobis parare cupimus. Quare Castrensis hoc loco mihi videtur pensiculatè magis locutus: qui absque necessitate implorandi auxilij defendi iure à nobis extraneos, & aduersarios eorum (si aliter defendi non possint) occidi simpliciter scribit.

An verò (si possimus) teneamur extraneum (de layco, non etiam de clerico, propositam intelliges disputationem) defendere, vt si non defenderimus puniendi simus, nunc dicere libet.

97 † Bart. in illa (quanquàm subobscurè loquatur) ex opinione, vt non teneamur extraneū defendere. Mouetur ipse quidem auctoritate vltimæ glossæ in c. quantæ. extra, de sent. excom. vbi Glossator istud tandem in laycis adfirmat: & clericos à priuato homine in foro tantum conscientiæ & sub sola pœna pœnitētiæ debere defendi, ostendere conatur. Itaque Bartolus Glossæ illius authoritate, quam reliquorum interpretum maximam esse testatur, fisus hoc ipsum planè sequitur. Altera vero glossa in lege, culpa caret. digestis, de regulis iuris, distinguit inter ius canonicum & ciuile: vt iure canonico debeat quis alterum, quum honeste potest, verbis saltem iuuare: iure autem ciuili, si nolit, non teneatur: nisi ratione potestatis subiectus illi periclitanti quis esset, glossam concordem habes in lege vtrum. in versi.

versicul. conscij. digest. ad. l. Pompe. de parricid. Dynus in. c. non est sine culpa. de reg. iur. lib. vj. idem propriè voluit: vt scilicet canonica lege obstrictus sit quisque alterum tutari: siquidem criminis videatur particeps, qui cùm possit, alterum periclitantem non defendit. c. dilecto. versic. & quidem. de sent. excom. lib. vj. At
98 iure ciuili secus dicendum autumat. † Quoniam videmus speciatim cautum in seruis, vt capitale eis sit, non ferre opem, si poßint, dominis suis. l. j. §. potuisse. versic. vltimum itaque supplicium. ff. ad syllani. Diuersum verò in liberis, aut his, qui pro liberis hominibus habentur, vt in seruis, quibus fideicommissaria libertas purè debetur. Etenim hi, nisi participes sceleris fuerint, non puniuntur. d. l. j. §. serui appellatione. versic. sed in eo. ff. ad syllani. Ergò iure Romano alium vita periclitantem quis non defendens, regulariter non punitur, secundum Dynum.

Argumento autem qui huius sunt (vt scilicet neque canonico neque ciuili iure alterum quis extraneum defendere teneatur) opinionis
99 scriptores, nituntur tali: † Si pro eo, quod, quis sabere tenetur, pecuniam accipit, vt id faciat: turpiter accipit: & reddere acceptam pecuniam debet. l. vltim. ff. de candic. ob turp. causam. Sed pro iuuando alium si quis pecuniam recipiat, eam velut pro mercede eximij laboris

ſori præſtare, vt indè ſit cum eo puniendus? Adducit notata per gloſſam in dicta l. culpa caret. ff. de regulis iuris. Sic quoq; ex aliorum doctorum præſcripto adfirmat Antonius de Butrio in dicto capitulo, quantæ, columna ij. verſiculo, ſi autem non eſt mihi aliter ſubiectus, 101 extra, de ſententia excommunicatio. † Quo loco ait; quem regulariter non teneri alium in diſcrimine vitæ poſitum iuuare. Cui tamen regulæ non ſit locus in parricidio, & in crimine læſæ maieſtatis, l. quiſquis. §. id quod. C. ad l. Iuliam maieſtatis. ac in his perſonis, quæ noſtræ ſunt poteſtati ſubiectæ, prout anteà ex Baldo retulimus. Id quod ſic Bartolus ad vnguem docet in l. vtrum. ff. de parricidio. Horum opinionem ſimpliciter eſt ſecutus Petrus de Ancharano in capit. dilecto. columna tertia: verſiculo. ſi quis tamen cùm poſsit. de ſententia excommunicatio. libro ſexto. Et Iaſon hic atq; Decius ex præmiſsis adſerunt, eam eſſe communem ſcribentium opinionem: vt (licet poſsit abſque periculo) neque iure Canonico (niſi in foro conſcientiæ) neque iure ciuili quis teneatur (ſi nolit) extraneum ab imminenti vitæ periculo liberare: ac proindè nullam incurrat pœnam, ſi non iuuerit. Et quòd iſta ſit communis opinio, atteſtatur iterum Decius in l. culpa caret. ff. de regulis iuris.

Cæterùm

Cæterùm & si hæc dicatur esse communis
102 doctorum opinio: † attamen contrarium,
iure Canonico præsertim, significantius doceri
posse videtur. Est sanè conspicuus textus in. c.
negligere. in princ. ij. q. vij. c. Non in ferenda. c.
qui potest obuiare. c. ostendit. in fi. xxiij. q. iij. c.
error cui nõ resistitur. lxxxiij. distin. c. pasce fame
morientẽ. xxiij. distin. c. dilecto. ver. & quidem.
de sent. excommu. lib. vj. & in d. c. quantę.
ad fin. eod. tit. extra, de sentent. excommu. quibus
in locis non obscurè traditur, eum, qui potest
alterum pereuntem iuuare, & non iuuat,
participem criminis fieri, atq; ob id merito debere
puniri. Neque specialiter de quibusdam
solùm personis putà clericis iuuandis, ita iure
Canonico esse cautum putabis; quum & in superscriptionis
titulo prædicti. c. negligere. Eleutherius
Pontifex, omnibus illud sic generaliter
dictum velit. idem ambrosij verba clarè indicãt
in d. c. non in ferenda. Neq; aliter Augustinus
manifeste testatur. in d. c. ostendit. in fin. cum similibus.
Multoq; minus authoritates illæ referri
duntaxat possunt ad forum conscientiæ seu
pœnitentiæ: quandoquidem rationes illorum
textuum sint prorsus generales, quæ & ad pœnam
iudicialis fori pertineãt. Etenim Ambrosius
in allegato. c. non in ferenda. dicit, eum, qui
alium non iuuat, quum possit, tam esse in vitio,
103 atq; illum, qui nocuit. Ratio est. † Quia scru

pulo

pulo societatis occultę non caret, qui manifestō facinori(cùm possit) desinit obuiare.d.c. negligere.ij.q.vij.idem constat apertè in reliquis prę notatis locis,ac præsertim in d, c.ostendit. in fi. xxiij.q.iij.in d.c. dilecto. versic. & quidem. de sent.excommu.lib.vj.vbi pro decisione iudicialis quæstionis controuersæ, & adhuc tum pendentis, exemplum illud sic ad propositum adducitur: videri nēpè illum participem culpæ, & delinquenti fauere,qui dum potest,alium ne
104 gligit defendere. † Igitur delicti particeps in foro iudiciali, licet fortè leuius quam principalis delinquens, arbitrio iudicis erit puniendus. argumento. l. ij. ff. ad.l. Pompe. de parricid.

Háncque partem, quòd de iure Canonico quis teneatur alium tutari,si absque suo periculo posit,approbat Glossator, vt audistis, in d.l.
105 culpa caret. ff.de reg.iur. †. Meritò eius sententia reliquorum interpretum opinionibus est anteferenda, quemadmodum Bartolus hic rectè monet. Et in proposito dicebat Iacobus Butrigari.in l.vnica, ad fin. versic. licet autem hoc verum sit &c. C. qui pro sua iurisdict. iudi. dar. poss. in varijs doctorum opinionibus sequendam esse animò opinionem glossæ,nisi vsus cōtra eam aliud seruandum suaderet.idem voluit Baldus in l.cùm hęreditas.C.depositi.inquiens, decisionem glossæ cæterorum opinionibus au

thoritate

thoritate antecellere. Quocircà ait. in authenti. cessante. colum. j. versic. ego timens recedere à glossis. C. de legiti. hæred. metuere sibi discedere ab opinione Glossatoris in consulendo. Sic etiam scribit in c. j. ad fin. in tit. de natura succes. feud. in dubiis opinionibus se vt plurimùm sequi ordinarias glossas: quia firmiore baculo non possit inniti. Vndè iudicando & consulendo, inquit ipse Bald. glossis est inhærendum, in l. j. ff. de vulg. & pupill. in l. ij. C. de sent. quæ sin. cert. quant.

106 † Quamobrem quum aliàs sit lege cautum, vt in iudicando opinio tenuioris etiam doctoris, qui melioribus caussam tueatur rationibus, præualeat sententiæ multorum, qui auctoritate ac dignitate illum aliàs præstent, l. j. §. sed neque ex multitudine. C. de vete. iur. enucle. soleo addere textum in l. Potioris. in princ. C. de offic. rect. prouin. in §. prætium. versic. sed proculi sententia. inst. de empti. & venditi. Tradit Ioannes Andreas in c. j. extra, de consti. Abb. in c. capellanus. in iiij. notabili per illum textum extra, de ferijs. vnde Plato in Lachete aiebat: iudicandum esse secundum scientiam, non secundum multitudinem, quicquid rectè iudicari debet. Et eiuscemodi decreto sit locus, quando potest de melioribus illis rationibus imbecillioris doctoris euidenter constare, sicut in locis citatis est videre necesse est fateri, in tractatu quæstione pro

ne pro sententia glossæ in d.l.culpa caret, ff. de reg.iur.esse planè iudicandum,pro qua(si ius canonicum spectes) & iura sunt certissima & auctoritas æquè permagna,vti pridem est demonstratum.

Nec obstat, si obiiceres: quòd illi glossæ in d.l. culpa caret. contradicit altera glossa vltima in d.c.quantæ.extra, de sent. excommu. ideoq́ sibi inuicem contrariæ opiniones authoritatem derogare.l.scripturæ,C.de fide inst. facit textus in l.vbi repugnantia. ff. de reg. iur. Responderim,dubium esse & valde ambiguũ,quid prorsus de hoc sentiat illa glossa vltima in d.c.quan-
107 tæ. † At non sic de opinione glossæ in l. culpa caret.quę cùm clara sit ac indubitata,pręualere vtique debet ancipiti & obscuræ,l.continuus.§.cùm ita.in fin.ff.de verb.oblig. l.ille aut
108 ille.§.cùm in verbis. ff. de lega. iij. † Denique in opinionibus contrariis illa est suscipienda, quæ antiquior est, & efficatioribus nititur rationibus, seu authoritatibus. c. domino sancto,versic.in fine autem huius epstolæ. l. distin. notat Baldus in c.j. colum. ij. in fin. versic. dicit Iacobus Burrigarius.extra, de constituti. Sed glossa illa in d. l. culpa caret. euidentioribus rationibus & apertis iuribus nititur: Ideò in eius
109 sententiam nos venire decet. † Quod multo magis verùm crediderim: quum & Dynus ipse in d.c.nõ est sine culpa.de reg.iur.lib.vj.hoc idem

Idem de iure scilicet Canonico pro indubitato absolutè ad firmet. sic quoq; definit Baldus in repetitione.l.j.num.22. versic.sed secundum canones tenetur se interponere.C.vnde vi.Florianus de sancto Petro illustris doctor Bononiensis prædictam glossam sequutus ita constanter determinat in l.scientiam.in princ.versi. Et hęc faciunt ad quæstionem.ff.ad l.aquil.idem æquè Decius adserit in d.l.culpa caret.colum. iij. ver. sed tamen diligenter considerandum est. ff. de reg.iur. quinimò & de iure ciuili (quod fortius est) idem tenendum Decius ipse inibi ad finem, necnon & hic nominatim testatur. Neque aliter Paulus Castrensis hoc loco num. 12. docet scribens: Quando absque periculo suæ personæ potest quis aliũ verbis iuuare, tenetur illud facere, per leges, quas ibidem adducit. Sed ad ciuili iure Romano idem etiam posit defendi, præter Castrensem & Decium nos diligentius videamus. Iure autem ciuili Glossatores reliquique (paucissimis, vt iam retuli, exceptis) scribentes communiter docent, quem regulariter non teneri vllo casu opem ferre periclitanti extraneo: nisi in peculiaribus quibusdam casibus: quorum Bartol. in l.vtrum. ff. ad. l. Ponpei. de parricid. atque Baldus hic quæstione. viij. meminerunt.

Verùm si ea de re accuratius differere velimus, contrarium disputando æquius fortè videri

no deri poterit. † Porrò iureconsultus in l. nullum crimen. ff. de reg. iur. generaliter inquit, nullum crimen eum pati, qui non prohibet, quum prohibere non posit. Ergò vbi prohibere delictum quis potest, & non facit, criminis reus est. Eadem phrasi dicendi vtitur in d. l. culpa caret. ff. eod. de reg. iur. Dum asserit, culpa eum carere qui scit, sed prohibere nequit. Itaque si prohibere posit, nec facit, de culpa saltem tenetur.

11 † Huc pertinet, quod à Paulo nostro ex summæ æquitatis penetralibus est alioqui depromptum: vt quis teneatur id alteri præstare, quod sibi non nocet & alij prodest. l. in summa. §. quamquam tamen. ff. de aqua plu. arcen. l. in fundo. ff. de rei vendicar. est & alius consimilis textus in l. rescripta. C. de precib. Imp. offer. in l. ij. in prin. ff. sol. matri. Creat certè pro alio subire defensionem humanitatis ratio: quemadmodùm in simili Vlpianus notat in l. non tantùm. ff. de appellati. Quibus Papinianus & Paulus facilè accedunt in l. seruus ea lege. ff. de ser. exportand. l. ij. §. iuris sui. ibi, officij causa &c. ff. de interdict. dum aiunt, hominis interesse, hominem beneficio adficere. Ea propter Cicero in proposita quæstione, libro officiorum primo, existimat, tales, qui alios non defendũt, nec obsistunt, si possunt, iniuriæ aliis inferendæ: tàm esse in vitio, quàm si parentes, aut amicos, aut patriam deserant. Posset itaque ex his aliquo modo de-

fendi, hominem homini in oblato dubio debere iure quoque ciuili (si posset) opitulari. Neque obiecta e contrario per scribentes me ab hac sententia retrahunt. Vt vero illa tibi planius constent, ita tractationem hanc totam haud incommode diuidendam esse reor.

Aut loquimur de magistratu, qui videt ali-
112 quem suæ iurisdictionis periclitatem † & is iurisdictioni suæ subiectos ita commendatos habere debet, vt illos pro officij sui ratione ab omni tueatur iniuria. l. non est verisimile. ff. de eo quod met. causa. l. nec quicquam. sub finem. ibi, hoc enim etiam ad inuidiam eius, qui prouinciæ præest, spectat &c. ff. de offi. proconsu. l. iustitia. ff. de iusti. & iur. iuncta l. ij. in §. post originem. ff. de orig. iur. Aut de hominibus priuatis dissere
113 re mauis: † tunc sic grauiora crimina immineant, velut parricidium, læsæ maiestatis crimen, & id genus similia: qui talia tantum scit ingruere alicui, nec illa prohibet (intellige, quum prohibere posset) est aliqua pœna adficiendus. l. ij. ff. ad l. Pomp. de parricid. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. si autem in crimine parricidij quis illud non tantum sciuisset, sed & aliquam opem vel auxilium tulisset; eadem, qua reus principalis, plectetur pœna. l. si sciente. l. vtrum. ff. eo. de parricid. §. alia. Insti. de publi. iudic. Verum si de inferioribus delictis seu communibus incidat disputatio: se iungi accidentium qualitates tum oportet.

114 † Aut

114 Aut enim quis potuit quidem prohibere, ne alius offenderetur, sed cum discrimine eius vitæ: & non tenetur vllo modo (nisi sua sponte velit) alium iuuare. l. si pater. §. j. ff. de donation. l. metum. §. sed licet. ff. quod met. causs. Aut est dubium, an cum periculo vel absque periculo suæ vitæ poterat alij opem ferre: & non punitur, si auxilium periclitanti non tulit. Sic ipse intelligo textum in l. j. §. sed in eo. ibi, & magis est, ne puniatur ob hoc quòd sub eodem tecto fuit &c. ff. ad sillani. Aut potuit quis sine eius periculo opem alteri ferre: & est puniendus si eum pereuntem non iuuit d. l. culpa caret, à contrario sensu. ff. de regul. iur. cum similibus antea addu-

115 ctis. † Vel si maximè hæc iure ciuili cauta non essent: tamen quum iure canonico sint liquido decisa, & ius ciuile decreto iuris canonici non contradicat; idem & iure ciuili seruandum esse ex mutatione iuris canonici credendum erit, iuxta notata in cap. j. per illum textum, extra, de oper. no. nuncia. c. super specula. extra, de priuilegiis. & tradit Decius in præallegata lege culpa caret. in fin. ff. de regul. iur. Hæc de extranei hominis periclitantis defensione obeunda. Iam locus postulat, de inculpata tutela apud vos verba facere.

f 2 Defen

# Defensionis pars secunda.

1 *Defensioni inculpatæ tres qualitates necessario inesse. Modum, tempus, & causam.*

2 *Modus in defensione legitima adhibendus, quid sit.*

3 *Defensionem moderatè adhibitam etiam dici, ubi aggressorem suum ualidum licet inermem imbecillus armis repulerit. Quod in sola proprij corporis tutela recipi arbitraberis, ut nu. 5.*

4 *Defensionem quomodocunque interpositam, quando se quis aliter tueri non poterat, licitam censendam.*

6 *Defensio rerum qua cum distinctione probabilis atque iusta sit dicenda.*

7 *Defendendarum rerum gratia, quæ etiam saluæ alio qui nobis esse non poßint, raptorem aut inuasorem occidere, nefas esse: nisi occasione defensionis rerum inuitæ discrimen inciderenus.*

8 *Fugiendo si quis absque ui armata poßit ab aggressore inimico se defendere, an fugere debeat. Deciditur tandem neminem sibi fuga salutem quærere teneri, sub nu. 24. quamuis irregularitatem incurrat. numero xxxj.*

9 *Honorem modicum non magni adeo faciendum. Alias secus. nume. 14.*

10 *Rixas & seditiones quemque uitare non affectare debere: & illas qui non deuitat affectare credi,*

11 Natio

11 *Nationis infamatæ homines deteriore loco, quàm honoratæ nationis, habendos.*

12 *Infamis qui semel est, infamem de hinc magis fieri non posse.*

13 *Nudus qui est, nudari eum amplius non posse.*

14 *Honorem suum & bonam famam tueri quemque omnibus modis debere.*

15 *Fugere ab hosti seu inimici conspectu criminosum esse atque infame.*

16 *Ignominiosa aut uerecunda factu, iustam resistendi causam (ne fiant) nobis præbere.*

17 *Inhonesta & quæ existimationem nostram uerecundiamque lædunt, à nobis fieri non posse credi.*

18 *Honoris defensionem defensioni corporis equiparandam.*

19 *Germanos hoc nomine præstantiores quauis alia gente, quòd hostem refugiunt fermè nunquam.*

20 *Fugare seu terrere aliquem, iniuriam esse.*

21 *Pœnam non mereri, quod legis sit permissu.*

22 *Fuga inimicum reddi audaciorem.*

23 *Res fuga amitti, non defendi.*

24 *Fugere hostem, nec homines, imò nec etiam beluas, naturæ lege aut ciuili teneri, plurimis legibus nouè ostendi.*

25 *Declaratio noua ad l. scientiam. in §. qui cum aliter. in prin. ff. ad l. aquil. & altera rursus declaratio sub num. 40.*

26 *Declarari obscurum legis dictum per rationem illic adscriptam.*

27 Rationem legibus adscriptam esse illarum mentem atque animam.
28 Vim ui defendere seu depellere, uerba solius pugnae esse significatiua.
29 Defensionem non in fuga sed in pugna positam.
31 Defensionis ergò homicidium esse patratum, quoniam pacto apud magistratum testibus sit probandum, & sub numero 36. Decisio autem noua sub numero 39.
32 Necessitatem alleganti incumbere onus probandi.
33 Praesumptionem malam contra homicidam protinus exoriri.
34 Probationes magis conspicuas tum rectè desiderari, ubi contra iuris praesumptionem oportet edi.
35 Defensionem duplicem esse.
37 Foederatos suppetias ferre sociis debere priusquam offensa fuerit illata.
38 Potentiam actui proximam in ipso actu esse uideri.
41 Defensio ab aliqua alia praeter mortem personali iniuria quatenus sit nobis permissa, & optimè aduersus Doctores definitur sub nu. 42.
43 Defensioni modum inesse debere: & circa quae modus uersetur.
44 Defensio utrum sit ante uel post illatam offensam adhibenda, num. 45. uera decisio sub nu. 48.
46 Minimae eius, qui exequi eas sit solitus, iustam defensionem aduersus ipsum & offensam impunitam aduersario eius an & quando pariant, & sub nume

*numero 48.*

47 *Consuetudinem & qualitatem personæ minitantis inspiciendam esse.*

49 *Animum occidere aliquem uolentis cum ex armorum genere, tum ex percußionis actu deprehendi.*

50 *Defensionem confestim non adhibitam in ultionis nomen transire.*

51 *Defensioni corporis moderatæ celeritatem inesse oportere.*

52 *Auctorem rixæ in casu dubio læsisse ultionis ergò credendum.*

53 *Defensionem rerum incontinenti esse adhibendam.*

54 *Defendi res incontinenti etiam post alicuius temporis interuallum, iudicis scilicet arbitrio moderandum, rectè dici, & num. 55.*

55 *Tempus lege non definitum, arbitrio iudicis esse præstituendum.*

56 *Incontinenti atque uno contextu quid fieri, uariè secundum subiectam materiam accipi.*

57 *Vltionem nemini propria auctoritate concessam.*

58 *Defensionem ab ultione & è contra iudicis arbitrio ex subiectis exemplis discerni, & nume. 59. cum sequentibus, 66.*

60 *Iniuriam semel alicui illatam non posse deinceps excuti.*

62 *Homicidij pœnam nemini subeundam, nisi qui homicidium dolo malo patrauit.*

83 Occidens ilicò eum, qui ipsum prius non sine dolore percusserat, homicidij pœna non est plectendus. Quo modo id intelligi oporteat, habes sub nu. 65.

64 Pœnam leniendam in eo, qui ad delinquendum fiat prouocatus.

67 Principale esse spectandum.

68 Recuperare bona sua ubi quis citra contentiones & rixas potest, illis, spreta pace, indulgere minime debet.

69 Cautioni se quis committere non est compellendus.

70 Iure suo uti, neminem iustè prohiberi.

71 Excedens dolose & ex proposito modum inculpatæ tutelæ in defendendo si aduersarium occidat, an pœna legis Corneliæ de sicariis pro toto homicidio sit puniendus. nu. 73. Decisio auctoris quod sic, sub nu. 76. & quid bonus æquusq; iudex ea in re statuere debeat sub num. 78. 85. 89. & quid si excessus fuerit in rebus defendendis, sub num. 90.

72 Iudicem, qui dolose & data opera reum immodicè torsit uti homicidam puniendum, si ob eam uim illatam reus fuerit mortuus.

74 Dolum in atrocibus & atrocissimis delictis unicè requiri, ut delictum puniatur.

75 Adulterium uxoris marito iniuriosum esse.

78 Occidens per errorem Titium, quum uellet occidere Sempronium, homicidij pœnas nihilominus luet.

79 Dolum in his, quæ sunt de genere prohibitorum, contra facientem præsumi.

80 Ebrios

80 *Ebrios uel doloris impatientia lapsos, qui deliquerunt, non æquè puniendos ac mentis compotes ex proposito delinquentes.*

81 *Caussa quæuis etiam iniusta excusat quem a dolo.*

82 *Cessante caussa legis, cessare & ipsius dispositionem.*

83 *Maritum uxoris suæ lenonem puniendum.*

84 *Legem dubiam ex tituli inscriptione haud rarò declarari.*

86 *Culpam utlibet leuem arbitrio iudicis criminaliter puniri.*

87 *Delicta non punire, nihil aliud est quam bonis nocere.*

88 *Delictis uiam non esse aperiendam.*

PErcunctemur ergò, si placet, quatenus defensio nostri corporis sit lege nobis permissa. Qua in re aliquos defensionis terminos sic tibi constituis. 1 † Consistit circà tria potissimùm iusta & legibus cognita defensio: circa modum, tempus, & caussam. De quibus singu-2 gulis propriè nunc dicemus. † Modus sanè adhibendus est in defensione: vt si armis vis infera tur, armis identidem propulsetur: si absq; armis iniuria fiat, æquè inermis seipsum quis tueatur, secundum glossam in l. j. C. vnde vi. per textum in l. iij. §. eum igitur. in primo responso, ff. de vi

& vi arma. Est consimilis textus in.l.j. §. vim vi.in.ij.respõso.ff.eod.de vi & vi arma. Baldus in l.j.colum.ix.versic.item tu assessor.C. de confessis.

3 Incidit tum dubitatio. † Pone: aggressor iuuenis robore corporis tantum valet, vt me senem pugno ille nõminus, quàm ense illum ego lædere queam: an armis me ab eo, qui inermis est, iure defendā? Paulus iurecõsultus in l. scientiam. §. qui cùm aliter. in princ. ff. ad l. aquil. quæstionem planè definit inquiens: cùm aliter se quis tueri non potest, si damnum culpa dederit, innoxius est. vim enim vi defendere, &c.

4 † Proindè constat, vbi se quis aliter tueri ab ingruenti periculo vitę non possit, licere ei, quomodocunq; aduersarium, suum prohibere. Ad hoc, textus in hac lege nostra. ibi, nam iure hoc euenit, vt quod quisq; ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur. facit textus in d.l.j.§.vim vi.ff.de vi & vi arma. sic glossa, Bartolus, & Baldus in d.l.j.C. vnde vi. sunt opinati.

Sed contra Bartoli, Baldi, & Glossatoris sententiam illud adducitur: si quępiam fortiorem, quàm ego sim, erepturum sine armis rē meam mihi, possum armis illum (etsi aliter res mea mihi salua esse non possit) impunè occidere defensio mea immoderata videbitur: quoniam rem meam hominis vitæ prætulero: Quòd facere, nobis

nobis religio est. l. sancimus. ad fin. C. de sacrosanct. eccles. Quare veteres, Petrus & Cynus legum interpretes in d. l. j. C. vndè vi. distinguebant inter tutelam corporis & defensionem rerum. † Primò casu,* vbi quis vita (inquiunt illi) periclitatur, permissa est ei defensio etiam armata aduersus fortiorem, inermem: quia, vt antea dictum est, se aliter tueri non potest. Porrò serum nimis tunc imploraretur iudicis auxilium: vt in simili ait imperator in l. j. C. quando liceat sine iudic. se vindic. meritò quis sese armis aduersus valentiorem, quantumuis inermem, rectè ac moderatè tuebitur. Bartol. Baldus, & veteres illi interpretes pro confirmatione huius conclusionis tali præterea argumento vtuntur. Pro rerum defensione mihi licet, hominem occidere, quando res meæ alioqui saluæ esse non poterant. l. itaque. §. lex duodecim tabularum. ff. ad l. aquil. l. furem. ff. ad l. Corn. de sicar. Enim verò iniuria corporalis est maior quauis alia, quæ in rebus fiat, argum. l. in seruorum. in fin. ff. de pœnis. igitur si pro rerū defensione, mihi ius est occidendi inuasorem rerū: multo magis pro salute ac tutela corporis mei idem licebit. Non fuerat (reor equidē) opus pro cōfirmatione conclusionis indubitatæ argumētô istiusmodi: quòd vti anteà in prima parte in genere defensorio rerum notaui, exile, aut si mauis, falsum est. Nanque Caius iureconsultus in d. l. itaque. §. lex duode

* Leges expetāde nō sunt, vbi vis parata repellēda est; cùm sępè q illarū opo nitur auxilium, patiatur & diem extremum claudat Ci. pro milon.

duodecim tabularum. ff. ad l.aquil. noluit, vt pro rebus, quæ aliàs saluæ nobis esse non possint, inuasores earum occidere iustè valeamus. Sed ita demum impunitum nobis homicidium per legem duodecim tabularum fore pollicetur: si inuasoribus rerum absque corporis nostri periculo parcere non potuimus. Sic etenim illud legis duodecim tabularum decretum Sextus Cæcilius apud Gellium, scitè ac eleganter explicat, lib. xx. noctium Atticarum, capite primo. Nec aliter mihi videtur Vlpianus docuisse in d. l. finem. ff. de sicar. vide quæ à nobis superiore loco in prima parte sunt copiosè tractata. Cùm itaque me ipsum defendere aliàs ab inermi aggressore inermis non possum: armis vtique mihi aduersus illum inermem vti licebit, per prædicta. Vbi autem circà res defensio versatur, inquiunt Cynus & Petrus in d. l. j. C. vnde vi. aut violentia seu rapina potest per iudicem vindicari, aut non potest. † Primo casu non debeo contra inermem raptorem arma intēdere, quandoquidem res meas (etsi illas is auferat) per iudicem valeam * recuperare: sed moderamen in defensionis æqualitate tunc omninò est adhibendum. Benè facit pro hac sententia: quoniam actionem habens ad rem recuperandam, videtur & ipsam habere rem. l. qui actionem habet. ff. de reg. iur. Secundo casu, si damnum mihi in

* Excedēs moderamē īculpatæ tutelæ nisi de excessu nō punitur. Alexād. cons. 76. vol. j. Affli. decisio. 14. inci. Bene. Pleten-d' ergo erit mulcta aliqua vel relegatiōe ad temp'. Azo in rubri. de sicar. Castr. in l. j. C. vbi senatores cō uen. tex. est l. lege cornelia. paragraph. j. ff. de sic. Ph. Bugnon'.

rebus

rebus futurum sit irrecuperabile: licebit qualitercunque aduersus raptorē vt inermē armis eo nomine pugnare, ac & ipsum (si res alioqui saluæ esse non posśint) interficere. Asciscūt sibi in argumentum, d.l. furem, ff. de sicar. vbi & Bartol. illud idem sequitur, atque adeò sic volunt accipiendam prædictam l. j. C. vnde vi. nec non & l. iij. §. cum igitur. ff. de vi & vi arma. Indico ipse ad hæc satis commodum textum in d.l. j. ibi, & quod serum est punire iudicio &c. C. quando liceat vnicuique sine iudic. se vindi. † Veruntamen crediderim, seueram esse nimis hoc secundo cusu veterum illam interpretationem, quem admodum enim paulò ante docui, pro rebus tantum defendendis homicidium patrandi ius nemini est. Veluti si fugientem cum rebus surreptis furem incognitum insequor: non ideò ob res, quas alioqui seruare non posśim, interficere illum iure queo. Habes in proposito haud obscurum locum in c. Si perfodiens. ibi, quia poterat discernere, quòd ad furandum non ad occidendum venisset. &c. in c. suscepimus. extra, de homicid. in d.l. itaque. §. interdiu. l. si ex plagis. §. tabernarius. ad fin. ff. ad l. aquil. & est bonus textus in l. sed et si quemcunque. in princ. in ij. responso. eod. titu. in d.l. furem. ff. de sicar. At si quis defendendarum rerum suarum occasione in discrimen vitæ adduceretur: velut quia fur aut raptor se armis aduersus nos tueretur: illum tunc

tunc pro salute corporis nostri, occasione videlicet rerum, non iniuria occideremus. Probatur hoc sanè in d. l. furem. ff. de sicar. in d. l. iij. §. eum igitur. ff. de vi & vi arma. & anteà in tractatione defensionis rerum affatim tradidimus.

Sed quæro: Titium armis adoritur Sempro
8 nius; † potest Titius se ab aduersario tueri fugiendo: nunquid ergò fugam arripere debeat, ne resistens immoderatam tutelam subiisse videatur? Pro parte affirmatiua, quòd fugere Titius debeat, inclinat textus in d. l. scientiam. §. qui cum aliter. in princ. ff. ad. l. aquil. ibi, cum aliter se quis tueri non potest, quam si feriat aduersarium, innoxius est, si percusit. Itáque si aliter potuit se tueri ab aduersario, & sic fugiendo, ferire eum non debuit, sed fugere. Propè venit in hanc sententiam iurisconsultus in d. l. furem. ff. de sicar. ibi; si parcere ei sine suo periculo non potuit. Igitur si absque suo periculo parcere potuit, puta fugiendo, occidere aduersarium iustè nequit. Eòdem spectat quod dicitur: cùm mihi quid prodest & tibi nō obest, fieri id oportere l. in summa. §. quanquam tamen. ff. de aqua
9 plu. arcen. cum similibus. † Præsertim verò quia honos modicus non est curandus. l. iniuria-
10 rum. §. si quis de honoribus. ff. de iniur. † Tertiò, rixæ & seditiones sunt fugiendæ nobis non affectandæ. l. iij. §. qui seditionem. ff. de re milit. l. si aliquid. §. authores seditionis. ff. de pœnis. l. j. vbi

vbi doctores. C. de seditio, sed qui non fugit eas, quandò potest, affectare illas puniendus scilicet creditur: ergò fuga illas deuitet, l. capitalium. §. solent. ff. de pœnis, l. & qui data opera. in principio. ff. ex quibus, causis maioris. l. ij. §. vltimo. ff. si quis cauti Et est bona glossa de hoc iuncto textu, in capitulo, suscepimus. in versiculo, interimeretur. extra, de homicidio. Quo loco traditur, quem potius fugere debere, quàm hominem interimere. Consimilem alterā glossam habes in Clementina vnica in versiculo, non valens. De homicid.

Vnde Bartolus hic recipit indistinctè istud in personis fugacibus: quæ dare hosti terga turpiter soleant.* At verò secùs de hominibus magnanimis, qui fugere nec solent nec sciunt, dicendum existimat. Idem videtur ante Bartolum, sensisse Cynus in dicta l. j. columna quarta, versiculo, Præterea si ponas. C. vnde vi. confirmo vltra doctores hanc ego partem: † Qui nationis sunt infamatæ, non sunt eodem loco, quo honoratæ nationis homines habendi, sed multo deteriore. l. quòd si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædilitio edicto. Quo circà fit emunctæ naris viri honorati fuge non coguntur, nè iacturam famæ seu honoris faciant (vt paulò pòst dicemus) consequens est, infamatæ nationis homines,

* Bartol. in l. j. C. vnde vi. in ea est opiniõe, vt fugiẽdũ esse non putet, pꝑter ĩgẽs dedec⁹ quod fugari infligitur Hanc opinionem sequit. Alex. cõ. 14. vo. x. & Corn. cõsil. 17. lib. j. Ph. Bugnonius.

ſuines, qui ſine honore ſunt, terga inimico vertere debere. Nam in cognitione vnius ex contrariis ſimul & eius oppoſitum cognoſcitur. l.j. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. cum ſimilibus.
12 † Maximè verò quum infames illi prius, non poſsint magis poſteà vel ex fuga, aut aliàs infamari. l. nouerint iudices. §. etſi perſona vilior ſit. C. vt infra cer. temp. crimin. quæſtio ter. facit textus in. §. ſic itaque. ibi, quod noſtrum fieri non
13 poteſt. inſti. de actio. † Quemadmodum dicimus quòd qui nudus eſt, amplius denudari non poteſt. l. tutelas. §. item cum ciuitas. & ibi Baldus per illum textum notat. ff. de cap. diminuti. Quamobrem cùm abſque detrimento honoris poſsint, ſcilicet fugiendo, ſe defendere: illud facere debere videntur.

Enimuerò quòd in propoſita quæſtione nemo, cuiuſcunque ille conditionis ſit: fugere cogatur, augmenta è regione adduci permulta identidem poſſunt. Aut enim loquimur de perſonis honoratis, quæ fugere non ſolent: aut de perſonis infamibus ſeu fugacibus. Primò caſu
14 non tenetur quis fugere à facie inimici: † quoniam honorem ſuum & bonam famam tueri quis omnibus modis debet. l. j. in princ. ff. de poſtulan. l. Iulianus, verſic. non enim caruit. ff. ſi
15 quis omiſ. cauſſa teſtam. † Sed fugere ab hoſtis inimici conſpectu, quemadmodum Demoſthenes orator, & Archilocus poëta feciſſe dicuntur

cuntur: qui hoste conspecto, abiectis clypeis, aufugerunt) ignominiosum est, infame, & criminosum. l. iiij. §. is qui exploratione. §. qui stationis munus. l. omne delictum. §. qui in acie fugam. digest. de re milit. l. j. §. cùm dominus in itinere. §. tulisse, lege, cùm dominus occiditur. digest. ad syllania. ergò &c. Praetereà aduersario cedere & fugae sese committere, ignominiosum, vt dixi, & vile vulgò habetur, &
16 est. † Sedilla, quae nobis ignominiosa sunt, ac ne in publico sine dedecore appareamus efficiunt, iustam nobis è contrario resistendi caussam praebent, l. vlt. §. si iusto metu. & §. si foenerator. ff. quod metus caussa. per quem textum Bartol. in l. interpositas. C. de transacti. ait: si quem alius ita denudauit, vt citra dedecus & verecundiam prodire in publicum non posset, eiusque rei caussa, ne talia pateretur, quid vel dederit vel promiserit, id omne per iudicis officium restituendum. Est concors textus in proposito in lege, in eadem caussa. ad fin. digest. ex quibus caussis maio. Quamobrem fugere ab inimici facie, homines cordatos
17 non oportet. † Ad haec, quod minus honestè fit, quod existimationem & verecundiam nostram laedit, non posse à nobis fieri, est creditum: lege, filius. digest. de conditio. instit. Caeterùm fuga est eiuscemodi: meritò fugere nos nec posse nec oportere credimur, facit text.

in l.nepos proculo.ad fi.ibi, cùm salua dignitate mea potero &c.ff.de verbo. signif. vbi incommodè ea nos facere dicimur, quæ sine detrimēto famæ explicare nequimus. Nouissimè sic arguitur.
18 † Defensio honoris æquiparatur defensioni corporis. l. iusta.in princip. & ibi glossa notat.digest. de manu. vindic. lege, isti quidem. §. quod si dederit, digest. quod met. caussa. Quare si pro tutela corporis est pugnandum, æque & pro defensione honoris: qui fugiendo facilè amittitur, iustè decertandum.
19 † In quo audaciæ & honoris genere non est viris Germanis gens vlla sub cœlo firmior. Rarò quippe aut verius forte nunquàm vir Germanus vel in aperto marte vel in singulari certamine, tutores illi benè aut malè cedat, visus est hostem fugere.

Aut secundo casu quæritur, num homines, quibus alias fugere solitis fuga non est dedecorosa, tutari seipsos fuga debeant? & idem videtur dicendum, vt nec tum ab aggressoris congressu fugere teneantur.
20 † Porrò fugare alium, siue terrere, iniuria est.lege, Item apud Labeonem. §. j. digest. de iniur. At quisque iniuriam ab se iure propulsat, vt hic cum similibus: ergo fugæ committere sese cogitur nemo. facit præterea & illud, si expectare aggressorem suum & non fugere, culpa videri aliqua potest: erit solummodò cul

dò culpa in omittendo, fugam nempè. Verùm eius, qui alterum adoritur, est dolus in faciendo: ideoque dolus inuasoris adeò præualet culpæ alterius, vt ipse ex suo dolo (si alterum percusserit) sit puniendus, alter autem ex sua culpa nequaquàm. lege, Item si obstetrix. ad ff. digest. ad l. aquil. Tertiò quum hic ab aduersario armis petitus non habeat in illa animi perturbatione spatium deliberatius cogitandi: superque satis ei, si non auffugit, ignoscendum videtur, argumen. l. hac consultißima. §. At cùm humana. C. qui testam. facere possu. lege prima. in princip. ibi, nam interdum &c. digest. de exercit. l. j. §. Prætor. versicu. meritò, digest. depositi. Prædictis illud quoque conuenit: quoniam fuga illi potest esse multo periculosior atque nocentior (velut si corpore obeso, aut claudus, seu alias in firma valetudine esset, vel inter fugiendum si lapsas caderet) quàm resistentia, & sic fuga illum non defenderet. Igitur exponere se tali periculo non deber. l. ij. §. penultimo: ibi, vel præsentiam venienti periculosam &c. digest. si quis cautionibus. Vnde vim vi, lege generaliter permittente, repellens non est in dubio puniendus.

21 † Quod etenim fit legis permissu, pœnam non meretur. lege, Gracchus. C. de adulter. lege, furti. §. qui iussu prætoris. digest. de his qui not. infam. lege, iustè posſidet. digestis de

22 acquir. possess. cum similibus. † Postremò fuga illius audaciorem sibi à tergo reddit inimicum iuxta illud, *Qui priori iniuriæ non resistit, nouam accersit. Itaque præter legis mentem, seu potius in legis fraudem ea fuga sic necessariò fieri deberet: qua tantum abest, vt cohiberetur aduersarius ab iniuria, quòd & audacior multo ad eam inferendam redderetur. Quod esse non debet. lege, contra legem. in ij. responso. lege fraus. digest. de legib. l. non dubium. C. eod. de legibus. Et licet omnia hæc argumenta posint haud magno negotio tolli: attamen eandem nihilominus partem indistinctè, quòd nemo, cuiusque conditionis aut famæ ille sit, quem alius adoriatur, fugere debeat. Bartolus omnium primus defendit in dicta lege prima. C. vnde vi. Quem ibi sequuntur Angelus & Salycetus, nec non & Baldus hic col. vltim. versicul. alij dicunt &c. quamuis rem omnem magis arbitrio iudicis committendam ibi ducat. Abbas quoque in capitulo, significasti. el ij. extra, de homicid. testatur, opinionem Bartol. de rigore iuris fortè veriorem esse, vt nemo, cuiuscunque sit conditionis, teneatur fugere. Veruntamen in foro conscientiæ habendam esse rationem qualitatis personarum: putà si clericus foret, vt fugere teneretur. capitulo, suscepimus. cum glossa in versic. interimeretur. extra, eodem. de homicid,

* Pub. Mimographus veterem ferendo iniuriam, inuitatur nouam.

micid. Quo loco videas Ioannem de Annania incertum, dubium, ac in variis ea de re atque ambiguis Doctum opinionibus referendis fatigatum, modò in hanc, modò in illam nunquam non vacillare partem. Quid itaque & nos in quæstione proposita post alios scribentes statuendum iudicabimus?

Reor ego equidem, sic rectè posse distingui. Aut vis rebus infertur nostris: tunc nullo
23 casu eas fuga defendimus: † siquidem illarum iactura sit fugæ nostræ annexa. l. iij. §. si quis autem visis armatis. digest. de vi & vi arma. l. clam possidere. §. qui ad nũdinas. cum lege sequenti, digestis de acquir. possess. & Baldus hoc tradit in d. lege. j. C. vnde vi.
24 † Aut vita solum periclitamur: tunc neminem exceptum dixeris, infamem vel honoratum hominem. Quisque enim vtlibet infamis (imò & si etiam belua esset) refugere aduersarium aggressorem non tenetur. lege prima §. cum arietes. digestis si quadru. pauper. fecis. dica. Ad hoc demonstrandum præter Bartol. atque scribentes reliquos ita mecum cogitabam: lege generaliter cauetur, vt vim vi à se quis meritò propulset: quemadmodum in textu isto diserte legitur. Sic æquè cernere est in l. j. §. vim vi. ff. de vi & vi arma. ibi, vim vi & arma armis repellere licere &c. In d. l. scientiam. §. qui cùm aliter. ibi, vim enim vi defendere,

omnes leges omniaque iura permittunt &c. digest. ad l. aquil. Id ipsum verba atque sensus ostendunt in lege, itaque. ibi, nam aduersus periculum naturalis ratio permittit se defendere &c. digest. eod. ad l. aquil. Igitur significatum ac proprietatem illius compositi verbi, propulsare, quod nihil aliud quàm procul & longè vim pulsare seu pellere est, si accuratè expenderis, non fuga sed pugna illatam vim nobis, reiicere procul, integrum esse intelliges. Rursus in dicta lege prima. §. vim vi. verba quædam illic non sine misterio sunt adscripta. Primùm ait Iurisconsultus, vim vi repellere licere. Quod nihil aliud est, quàm vi contraria aduersario suo, qui adoritur, resistere, atque vim factam expugnare. Quare statim explicat suam sententiam etiam clarius legislator inquiens: natura comparatum est, arma armis repellere licere. Patet exin quoque manifestissimè, quòd quisque armis contrariis non autem necessaria fuga inimicis armis obsistere per legem naturæ possit. Haud planè secus nobis constat in dicta lege, scientiam. §. qui cùm aliter. Vbi Paulus vim vi, non fuga, depellendam scribit. Sic & in dicta lege Itaque. Caius notat dum ait, aduersus periculum naturalis ratio &c. Eccè non consulit nobis Caius vt aduersi à periculo illud deuitemus: verùm vt aduersi nos ingruenti periculo resistamus, ex præscri

præſcripto legis naturæ admonet.

Si inhærendum huic ſententiæ, quæ in dubitata mihi planè videtur, obiectis in contra-
25 rium ſic facilè reſpondebitur. † Iuriſconſultus in citata lege, ſcientiam. §. qui cùm aliter. in princip. digeſt. ad l. aquil. non ſimpliciter dixit. Qui cùm aliter ſe tueri non poſſent, damnum culpa dederint, innoxij ſunt. At e veſtigiò rationem eius potiſsimam ſubiunxit ſcribens: vim enim vi defendere omnes leges omniaque
26 que iura permittunt: † Vndè quum alías dictum legis obſcurum declaretur per rationem ei additam (etenim lex vtcunque ſpecialis generaliter tamen propter generalem adiunctam rationem eſt intelligenda. lege, Regula. §. & licet municipium. iuncto. §. præcedenti.
27 digeſtis de iuris & facti ignoran. † quin & ratio in legibus ſcripta, mens ſit illarum & anima. lege, ſcire oportet. §. ſed & ſi maximè. digeſt. de excuſat. tutor. Baldus in lege ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de fur. Cornel. conſilio xc. col. ij. libro iij. & in conſilio lxxvij. libro primo. Neceſſum quoque eſt, vt & nos per rationem illic adſcriptam Iuriſconſulti dictum moderemur. Porrò dubitant noſtrates, num illud iuriſconſulti reſponſum ad fugam etiam pertineat velut ſi illi, qui damnum culpa dederunt, non aliter poterant vel fugiendo quoque ſe tue-

fi. Itaque dubij elucidationem à subiecta illicò ratione nimirum petemus: atque adeò difficultatem omnem haud insulse sic explicabimus. Quoniam quidem hi se aliter tueri non poterant (intellige, prout scripta in textu ratio indicat, nisi pugnando nempè ac occidendo, & sic vim vi, Iurisconsultus ait, repellendo) aduersarios occiderunt: ideo innoxij sunt. Alioqui si intelligeres Iurisconsulti dictum ad fugam identidem pertinere, puta quòd hi nec fuga elabi è manibus inimicorum poterant: vtique ratio reddita illic foret incongrua, & dicto minimè gentium conueniens. Nam debuisset Iurisconsultus aliam tunc reddere rationem, quæ conuenisset fugæ, veluti talem: quia fugiendo periculum vitare non poterant: meritò innoxij iudicantur.

28 † Cæterùm adduxit legislator rationem soli pugnæ congruam inquiens: vim enim vi defendere &c. quasi dixerit, quandoquidem pugnando non potuerunt aliter se tueri, quàm aduersarios interficiendo, non iniquè id factum ab illis putò. Sic ergò legi sufficit vt pugnando non possimus aliter vitæ periculum vitare, quàm si aggressorem inimicum interimamus, quò innocentes coram magistratu habeamur. Aliud denique mecum animo reputabam, quod in d. lege, scientiam. §. qui cùm aliter.

ter.ff.ad l.aquil.legitur sic:qui cùm aliter se tueri non possent &c. Id verbum,tueri, non aliud ac defensionem ipsam significat, quemadmodum ex propria significatione eius verbi constat,& probatur in l.j.in princ.ibi, ad tuendum eum,qui propter ætatem se defendere nequit.ff. de tutel. Sed defensio nulla est in fugiendo, sicut ex vocis sono & proprietate verbi quisque depræhendit: idcircò iurisconsultus dum scribit, qui cùm aliter se tueri non possent &c. non
29 de fuga sed de pugna intellexit. † Quòd autem defensio non consistat in fuga,sed in certamine,videas textum in simili in l.recte defendi.ff.de iudici.l.Properandum.per totam.C. de iudiciis, cū similibus permultis. En iam cernis opinor illum Pauli locum in d.§.qui cùm aliter, si iusto sensu, qui in eo latens est, perpendatur, sententiam nostram præter doctores quosque alios non mediocriter iuuare.

Neque tibi scrupulum fecerit decisio Vlpiani in preallegata.l.furem nocturnum.ff.de sicar. Verùm quippè est, quòd si quis posset parcere vitæ furis nocturni, aut diurni absque periculo corporis & salutis suæ (*velut quia auffugeret fur,nec se telo inermis defenderes) nō deberet illum pro rebus surreptis occidere, sicuti loco superiore non semel docui. Enimuerò si fur se telo contra te defenderet:non vtique fugere ab illo deberes & bona ei relinquere tua. Istud ne-

*Furē nocturnū interficere non licet.nisi furo disendat.

quaquam, quod ſtolidum nimis atque ridiculum foret, voluit illic aut alibi vlpianus. ad hæc quoque inſpice textum in.l. iij. §. ſi quis autem viſis armatis. & §. eum igitur. ff. de vi & vi arma.

Simili modo non contradicit concluſioni noſtræ illud: Quiſque rixas vitare debet, ac illas minimè affectare &c. Non ſanè pugnā affectat, aut quid præter ius æquumq; facit, qui aduerſa facie ſuū corpus ab inſidiatore defendit: quemadmodū in prænotatis pridem legibus eſt compertum. Quibus nihilominus adde manifeſtum locum in l. ſed etſi quencunq;. in prin. ff. ad l. aquil. in diuerſis verò & longè remotiſsimis terminis locus eſt diſpoſitioni. l. capitalium. in §. ſolent. ff. de pænis. necnon. l. & qui data opera. in princ. ff. ex quib. cauſ. maior. l. ij. in. §. vlti. ff. ſi quis cautio.

Neq; magis in contrariam ſententiam trahor, quoniam gloſſatores iuris Canonici in. c. ſuſcepimus. extra, de homicid. & in clementi. vnica, eod. tit. velint, quem debere fuga potius
30 quàm armis ab inuaſore ſuo ſe tueri. † Illud equidem non inuitus admitto reſpectu irregularitatis, prout iura illa loquuntur & gloſſatores ibidem ſentiunt. Diuerſum autem in controuerſa diſceptatione ciuili ex prædictis ſtatuendum cenſeo.

Non obſtat nouiſsimè, quoniam infami homini

mini fuga non poſsit eſſe dedecori &c. Non planè tunc agitur tàm de honore quàm de vita & corporis ſalute. Ideoq; quantumlibet infamis, ſtolidus, ac improbus homo, aut etiam ſic dixerim, baldus, ſeſe aduerſa vi contra priuatum hominem meritò tuetur. d. l. j. §. cùm Arietes. ff. ſi quadrupes paupereriem feciſſe dica. cum aliĵs pridem adductis concordibus locis.

Secundum hæc quęritur: Pone, is qui aggreſſorem ſuum vulnerauit, aut occidit, vult factum eius apud iudicem excuſare. quid illi ergò
31 probandũ erit? † Primo aſpectu videtur dicendum, quòd debeat docere, à ſe aduerſarium interemptum cauſſa neceſſariæ defenſionis, quoniam ſcilicet ſe aliter ab eo tueri non poterat. Porrò ſi teſtes eius deponerēt ſimpliciter quòd ille aduerſarium ſuum occidit, defenſionis ergò non ſufficeret id teſtimonium ad occiſorem excuſandum. ſic Baldus ſcribit in l. vnica colum. ix. verſi. item tu aſſeſſor conſidera. C. de confeſſ. cuius opinioni fauet admodùm textus in l. ſcientiam. §. qui cùm aliter. in princip. & ibi Bartolus per illum textum notat. ff. ad l. aquil. in c. j. §. ſi quis hominem. ibi, quòd non neceſſariò, ſed voluntariè &c. in titulo, de pace tenenda. lege, is qui aggreſſorem. ibi in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus. C. de ſicari. Clement. vnica iuncta gloſſa in verſic. non

valens

valens. de homicid. idem rursus Bartol. expressè sentit in l. j. num. 8. versic. Et ex his habes. C.
32 vndè vi. † ad hæc, quia necessitatem alleganti incumbit onus probandi. l. fideicom-
33 missa. §. si rem. ff. de lega. iij. † Bene facit pro hac parte: quoniam vbi homicidium patratur: præsumptio mala contrà homicidam protinus exoritur. l. j. C. ad l. corne. de sicar. facit textus in l. si non conuitij. in princ. C. de iniur. d. c. j. §. si
34 quis hominem. in tit. de pace tenen. † Idcircò probationes tanto magis conspicuæ pro occisore contra natam præsumptionem desiderantur. l. vlti. in princ. vbi Bartol. per illum textum sic tradit. ff. de eo, quod met. caussa. Abbas in c. quia verisimile. in princ. per illum textum, extra, de præsumpti. Addiderim ego: Quoniam probatio debet necessario id continere, quod quæritur. l. non hoc. C. vnde legiti. l. ne-
35 que notales. C. de probati. † At defensio est duplex: altera legitima & moderata, altera iniusta absque moderamine. l. j. C. vnde vi. & solum in ea probatione recipitur defensio moderata, vt ibi cauetur: proinde si probet aliquis simpliciter, defensionis gratia homicidium se commisisse: non propterea docet, vti oportet, se ob iustam defensionem occidisse.

Contrariam enimuerò partem, quæ à docto-
36 ribus communi calendo recipitur, † vt defensio simpliciter probata sufficiat, neque opus sit doce

sit docere, quòd sese aliter quis tueri non poterat, Bartol. defendit, in suo consilio. cx. incip. Quidam masiolus. per totum. Baldus sibi contrarius, in. l. solam. num. 11. versic. secundo hic quæritur. C. de testib. Bartol. in allegato consilio nominatim sequitur dicens, quòd terminus iste, defensio seu defendere, necessitatem quandam in se continet: quam testis potuit ex multis accidentibus & imminenti periculo colligere: ideoq; statur eius simplici dicto. Idem testatur iterum Bartolus, secũdum doctores hic, in l. sed etsi quemcunque, in princ. per illum textum. ff. ad l. aquil. Etenim* si probo, inquit ille, quòd aliquis me ense petebat, & ego eum confestim occidi: iusta est defensio mea, & probatio vtiq; habetur legitima. Ita quoq; sentit in l. si ex plagis, §. tabernarius, in fin. eod. tit. & sic Bartol. contradicit his (doctores aiunt) quæ scripsit in. d. l. scientiam, §. qui cùm aliter. ff. eod. ad l. aquil. contraq; se ipsum hoc pacto pugnat. Hanc partem tuetur Baldus in l. & si certus. §. si appetitus. ff. ad Syllani. dũ ait: nota quòd petitus animo occidendi, potest in ipso insultu interficere aggressorem suum: vndè solo insultu probato, pœnam ille homicidij euadit. Et scribit idem Baldus in l. is qui aggressorem. per illũ textum. C. de sicar. eũ intelligi facere ad sui defensionem, qui ab alio prius petitus aggressorem suum incontinenti occidit. Eadem penè ipse Baldus *Nota.

repetit

repetit in l.j.§.cùm arietes.per illum textum.ff. si quadru.pauperi. fecis.dica.in l. multis. in fin. C.de liber.caussa.rursus ait,quum quis vult probare, quòd vitam suam defendendo inimicum occidit:sat erit illi, si probauerit, quemadmodum inimicus animo occidendi aut vulnerandi ferebatur in eum.His probè conueniunt notata per eundem Baldum in l. in lege locationis. per
37 illum textum ad fin.ff. loca. † Vt confœderati suppetias ferre sociis teneantur priusquam offensa sit illata: & sic interim dum fiunt præparatoria ad offensam occurrēdum esse promi-
38 nenti comminus offensæ. † Etenim potentia, quæ actui proxima est, censetur esse in ipso actu.l.j. §. si iusserim. l.quod meo. §. si venditorem.ff.de acqui.possess. His probè conuenit textus in l.j. ver. melius enim est. C. quando lice. vnicuique sine iudi. se vindi. Quid itaq; in ea varietate opinionum nos statuemus?

Neutram ego equidē ex relatis opinionem probo.obstat nanq; huic postremæ, quæ communis est,quod antea dixi:probationem debere necessario cōcludere. Sed probatio defensionis simplicis,non refertur necessariò ad moderatam defensionem,quum defensio sit duplex:igitur probatio eiuscemodi non prodest. d. l. non hoc.C. vnde legiti. Quid enim si inermis adortus fuisset armatum? Certè immoderata defensio tunc contra inermem armis parata fuisset.l. iij.§.cum

iij. §.cum igitur.ibi, cum qui cum armis venit,
possumus armis repellere &c. ff. de vi & vi ar-
mat.ac per consequens improbata:d.l.j.C.vnde
vi. Priori vero sententiæ contradicit textus in l.
sed etsi quemcunq;.in prin.ff.ad l.aquil. cum si-
39 milibus.† Quamobrem sic ipse dicendum
arbitror. Cùm quis aggressorem suum iustè de-
fensionis caussa à se occisum aut vulneratum, te-
stibus vult probare, necessum est, vt suæ proba-
tionis articulum ad hanc propè normam conci
piat: Aio, Titium infestis armis in me irruisse:
ideoq; illum à me defensionis gratia protinus
interemptum. Hoc nempè testes exhibiti si per
hibebũt testimonium, impunitum planè apud
iudicem homicidium erit. Tunc constat, illum,
quem alter armis adoritur, vita periclitari, &
ob id defensionem ei, qui in vitæ discrimine est
positus, cũ occisione nimirũ aduersarij iure per
mitti. Istud propriè voluit legislator in d.l.sed et-
si quemcunq;. in prin. vbi etiam Bart. illud eo
tantummodò in loco scitè monet. ff. ad l.aquil.
in l.j. §.diuus.ff.ad l.corn.de sicar.l.is qui aggres
sorem.in l.si quis percussorem.in l.is qui cum te-
lo.in princ.C. ad l. corn. de sicar. facit etiam te-
xtus in l.j.§.cùm arietes.ff.si quadru.pauperi.fe
40 cis.dica.† Nec mea vacillat sententia, quo-
niã responderit Paulus, Qui cùm aliter se tueri
non possent &c.in d.l.scientiam.§.qui cùm ali-
ter.ff.ad l.aquili.intelligi quippè responsum iu-
risconsul

risconsulti oportet, secundum aliarum legum, quas proximè citauimus, præscriptum: vt is, quem alter ferro petit, censeatur (vti reuera est) in periculo vitæ protinus constitutus, ac proindè semetipsum (nisi pugnando scilicet) tueri aliter ab inimico nequeat. Vndè cernis, eam Pauli legem, quæ doctores nunquam non acriter torsit, sententiæ nostræ oppidò fauere.

An verò eadem sint iure nobis permissa, quum ab aliqua alia præter mortem personali imminenti iniuria tueri nos volumus: vt aduersariũ iustè occidamus, inquisitius differere operæpretium erit.
41 † Voluit sanè quidem Bartolus in d.l.j.num.7.versic. ego circà hoc. & nu. 8.versic.& ex his.C. vnde vi. non solum pro defensioue vitæ, sed etiam pro repellanda quauis alia personali iniuria, quam aliter vitare non poteramus, nobis impunè licere aduersarium occidere. Nititur Bartolus eiuscemodi argumento. Pro defendẽdis rebus, quæ aliàs saluæ esse non poterant, permissum est nobis earum inuasorem occidere.l.itaque.ff.ad l.aquil.l.furem,ff.ad l.cornel.de sicar. Cæterùm omnis iniuria corporalis maior est quacunque reali. l. in seruorum, ad fin.ff.de pœnis. Ergò si ab iniuria quauis corporali tutus alioqui esse non possim, nisi iniuriosum occidam, eum non iniuria occido, Illud ipsum Bartolus rursus docet in hac lege nostra sub finem, dum verba de Perusino facit. Repe-

petit

tit tertiò eadem in d. l. furem. ad fin. ff. ad l. cor. de sicar. sequitur ob illam ipsam rationem peculiariter Bart. Antonius de But. in c. olim. el. j. col. penult. versi. ex his apparet. extra, de rest. spoliator. Angelus Aretinus in §. ius autem gentium. col. ij. versi. sed aduertendum est. Insti. de iure natural. Idem prorsus Alex. ex Bar. ac Butrio decidit in consil. lxxvj. visa inquisitione. col. ij. versi. Quòd autem nõ dicatur &c. necnon & in consil. cix. visis & vt oportet cõsideratis. col. iij. vers. ex quo infero. lib. j. citat ad hæc textum in d. l. itaq;. §. j. & in l. sciẽtiam. §. qui cum aliter. in prin. ff. ad l. aquil. in d. l. furem. ff. de sicar. in c. si perfodiens. extra, de homicid. in d. l. in seruorum. ad fi. ff. de pœnis sic æquè Baldus definit in d. l. j. col. iiij. in fi. nu. x. versi. sed pone quidam fecit insultum cõtra me. C. vnde vi. Id quod & Iasoni hoc loco, nu. x. in primis probatur. Etenim, inquit ille, non est necesse in iudicio docere, quòd imminebat mortis periculũ: sed sufficit probare, quòd occisori ingruebat personalis iniuria: quam, nisi aduersarium occidisset euadere non poterat, per prædicta.

* Baldus in l. vt vim. ff. de iustit. & iur. tunc esse moderamen refert, cùm sit ꝑpulsatio eatenus, quatenꝰ necessariũ est ꝓ tuitiõe corporis. Phi. Bugnoniꝰ.

Verùm Doctoribus ego haud inuitus dissen-
42 tio. † Moderata nanq; debet esse defensio atque culpa carere. d. l. j. C. vnde vi. Quo etiam lo-
43 co Glossator probè monet: † defensionem circà modum esse* quandò violentia infertur armis, vt armis identidem repellatur: si sine armis

h irro

irrogetur, æque sine armis propulsetur est bonus tex. in proposito in l. iij. §. eum igitur. in prin. ff. de vi & vi arma. Quare in ca. significasti. el. ij. in glossa vltima ante finem eius. extra, de homici. legitur, si aliter mortem vitare non poterã, quàm si meum aggressorẽ interfecissem: iure mihi eum interficere licere: quasi dicat Glossator, interficiẽ di aduersarium ita demùm mihi ius esse, si periculum vitæ alioquin declinare nequibam: non alias. Allegat Glossator bona iura ad hoc, sicut inibi est videre. Dein benè conuenit textus in l. sed & si quemcunque. in prin. ff. ad l. aquil. in l. ij. & l. iij. C. de sicar. Vbi enim quæso inculpatæ tutelæ moderamen consisteret, si quis alterum, exempli gratia, pugno peteret, & petitus aggressorem suum pugione iustè confodere posset? Repugnant hæc illis; mea quidem sententia, nimis, quæ loco anteriore ex communi omnium calculo retulimus: vt arma armis, & vim inermem ac nudam vi contraria inermi repellere sit cuique tantummodò concessum. Quod & si non obtinet aliquo casu propter virium fortè alterius inæqualitatem, velut si quis tantum valeat inermi manu quantum alter gladio: attamen id alias in moderata & inculpata tutela obseruari generaliter oportet. Et Baldus præterea sic quoque annotat singulariter in l. vnica. col. ix. versi. Item tu assessor. C. de confess. Et Cassius naturali ratione motus idem scribit in lege j. §. vim vi. ff. de vi

de vi & vi arma. Has itaque difficultates sentiens Decius noster aiebat, huiusmodi conclusionem Bartol. & sequacium referendam duntaxat ad ingrues periculum mortis: vt quū ex illa corporali iniuria mors ipsa immineat atque sit sequutura, liceat tum demum iniuriæ auctorem occidere. Quod Decij dictum est per se planè verùm: sed Bar. in d. l. j. C. vnde vi. ac denique aliis in locis, reliquique pridem allegati Doctores loquuntur expressim, quando ex illa corporali iniuria non erat metuendum mortis periculum. Ideoq; eorum conclusio ex pridem memoratis caussis falsa redditur. Quibus non suffragatur potior illa ac, vt arbitrantur scribentes, firmissima, per Bar. & alios omnes adducta ratio: quoniam pro defendendis rebus * liceat possessori inuasorem earum occidere, si aliter eædem saluæ sibi esse nō possint: igitur id multò magis permissum esse debeat pro euitāda corporali iniuria, quæ maior quauis rerum amissione existimatur. d. l. In seruorū. in fi. ff. de pœnis. cum similibus. Porrò quod in rebus defendendis dicitur esse receptum ita demùm probatur, si caussa defendendarum rerum quis venit in discrimen vitæ: alioqui secus. Id nequaquam obscurè constat in d. l. iij. §. eum igitur. ff. de vi & vi armata. in l. furem. digest. de sicar. in l. itaque. digest. ad legem aquil. in c. si perfodiens. extra, de homicid. Habes locum de hoc minimè dubiū. in §. in-

*Hoc axioma recipit distinctionem, si aliter res nostra tueri valeam? Tūc enim occidere nō licet. l. furē. ff. de sicar. debet enī fur capi atq; ad iudicem mitti. Bald. l. j. C. Vnde vi. q̄ si alia via res nrās custodire nequeam, iure etiam ꝓspectum est vt testes scilicet ducerem, qb. quod agit probemus, vt hoc quoq; casu interficere non liceat. glos. in d. l. furē. Ph. Bugnonius.

iuria.versic. itaque qui latronem. Instit. de lege aquil. Et superius exactè iamdudum ostendimus. Quamobrem si te quis pugno inermis vellet percutere, non illum (quanquam vim pugni aliter propulsare non valeres) iure occideres, per prædicta. * Verùm in illo excessu immoderatæ tutelæ esses puniendus, vti paulo pòst audies.

*In ppulsanda iniuria armorũ æqualitas semper adsit, necesse est.

Nunc ordine quæro: an offensio sit expectanda priusquàm adhibeatur defensio, vel ingruenti offensæ potius sit tempestiuè occurrendum? † Videtur non esse prius defensione vtendum, quàm percussio interuenerit. Patet hoc in l. si ex plagis. §. tabernarius. in fi. ff. ad l. aquil. vbi Tabernarius carere culpa dicitur, qui posteaquàm vapulauit à fure, oculum furi effodit: enimuerò si priusquam vapulasset à fure, furem oculo orbasset, culpandus esset Tabernarius, ac ob id legis aquiliæ pœna mulctandus. facit textus in lege prima. §. cùm arietes; digest. si quadru. pauper. fecis. dicatur. Quam opinionem Iacobus de Beluisio est imitatus. Addo ipse textum in lege prima. §. diuus. ibi, nam si gladium strinxerit & in eum percusserit &c. digestis ad legem cornel. de sicar. Etenim illic ad declarandum animum occidere volentis, non sufficit eum strinxisse gladium in aliquem, nisi & percussio fuerit subsequuta. Igitur expectanda est prius percussio, sine qua animus offendendi non apparet. Alias iniuria magis,

44

quàm

quàm defensio haberi posse talis iniuria propulsatio.

45 † At verò Glossator in d.l.j.(vnde vi,) authumat, non esse verbera expectanda, sed vel terrorem armorũ, vel minas sufficere, vt se quis armis aduersus ingruens periculum cum læsione aduersarij iustè tueatur. l. sed & si quemcunque. in prin. ff. ad l. aquil. l. iij. §. qui armati. ff. de vi & vi arma. l. is qui aggressorem. C. ad l. cornel. de sicar. Bart. in l. j. C. vnde vi. adserit id esse verum, vt aduersarium impunè prior offendam, dummodo præcedant signa & actus manifesti, quòd ille me percussurus erat. Doctores tandem communibus propè suffragiis in eam sententiam (quemadmodum Iason numero xiiij. refert) sunt procliues: † vt si is aduersarius 46 minatur, qui minas suas exequi solitus sit: defensio tunc protinùs ob eas solas minas rectè adhibeatur, iuxta notata per Ioannem Andream & Abbatem in c. insinuante. extra, qui cleri. vel vouent. rursus per eundem Abbatem in c. Abbas. in vltimo notabili, versi. sed quæro hic. extra, de his, quæ vi met. caussa fiunt, per Barro. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in v. vj. & viij. quæstione. ff. de no. oper. nunciati. per Baldum in l. ij. C. de his, que vi met. ve caussa fiunt. Iustus sane metus est non solùm præsentis ac instantis periculi sed etiam futuri propinqui. l. j. §. metus. l. metum autem præsentem. §. j. ibi, aliter

* Cõstitutiõe Rogerij Neapolitani percutiẽs aliquẽ gladio vel aliquo alio genere prohibitorũ armorum tenet pœna manus. loquẽ. Amicus cõs. 73. Idẽ non est in eo, qui aliquẽ lapidibus offendit. Ph. Bugnonius.

atque si posteà. digest. quod met. caussa, lege, si per impressionem. C. eodem de his, quæ vi met. caussa fiunt. l. habitatores. §. iterum interroga-
47 tus digest. locati. † consuetudo namq; personæ minitantis. (Cynus & Petrus tradunt in dicta lege prima, C. vnde vi) & qualitas in id genus & similibus controuersiis, sunt sane considerandæ. lege vnica, ad fin. C. si quis imperat. malodixer. lege vltima, in fi. digest. de action. & obligationi. Est bona glossa in lege. metum. C. de his, quæ vi metus caussa fiunt. Indico manifestum textum in lege iq. ibi, vel ab hominis potentis crudelitate &c. digest. de donati. caussa mort. facit textus in lege, desertorem. §. sed si, ex improuiso. in lege, non omnes. §. à barbaris. ibi; vt affirmationi eius credatur. ff. de re milit. Idcirco ex moribus & ante acta vita minantis statuendum erit, an defensio contra minitantem adhibenda protinus fuerit.

Verissima quidem sententia est, non expectandam armata vi percussionem: sed illi armis ac omnibus modis obuiandum maximè. lege. j. C. quando lice. vnicuique sine iudic. se vindi. d. lege, sed & si quemcunque. in princi. digest. ad legem aquil. cum similibus, nuperrimè adductis. Tamen id non sine æquitatis mo-
48 deramine accipi conuenit. † Non vtique solis minis est ferro aut armata vi confestim resistendum; etiam si ille, qui minatur, sit alioqui;

solitus

ſolitus minas executioni mandare. Id porro lege cautum in terminis noſtræ quæſtionis nuſquam inuenies. Sed ita quidem legitimè reſiſtitur, vbi quis in diſcrimen vitæ iam prope eſt adductus: velut quia is, qui minatur, ferro adoriatur illum; ſitque in ipſo actu mittendi iam iam ad effectum iactas minas; exempli gratia, gladium ſtrinxit, arma arripuit, & in aduerſarium ferebatur. Sic propriè loquitur Iuriſconſultus in dicta lege, ſed & ſi quemcunque. in princip. in lege, itaque. in princip. digeſt. ad legem aquiliam. in lege, furem. digeſt. de ſicar. & legislator clator claręmonet. in lege is qui aggreſſorem. in lege ſi quis percuſſorem. C. ad l. cornelliã. de ſicar. Non plane ex ſolis minis eius, qui etiam exequi eas ſoleat, (niſi & arma ſimul in nos ſumpſiſſet) nobis iure illum occidere liceret. Nam ſuperiùs per Doctôres adductus eſt locus, quum agitur de reſcindẽdo, quod metu gêſtum fuit: aliud cenſendum in propoſita diſceptatione, vbi de re valde nimis ſeria, atque graui contenditur. Nec Bartol. aliter docuit in d. lege j. C. vnde vi. & Baldus ibi, numero xvj. necnon & in l. j. C. quando lice. vnicuique ſine iudi. ſe vindi. Quippe tunc, quûm quis arreptis in nos armis mortem nobis aut vulnera minatur, potentia nocendi (vti pridem antea diximus) proxima actui, cẽſetur in ipſo actu adeſſe. lege j. §. ſi iuſſerim. l. quod meo. §. ſi per

* Prudens et christiana queſtionis ambiguę determinatio.

 vendi

venditorem.ff.de acqui. poss. Merito tutela pro prij corporis differēda tum amplius non est,alioquin sero,vt dici solet,medicina pararetur.d.l.j. C.quando lice.vnicuique sine iudi.se vindic.

Non te moueat locus ille in d.l.si ex plagis.§. tabernarius.in fi.ff.ad l.aquil.ibi,quidem fur, intentus lucernæ aufferendæ nolebat percutere tabernarium, neque vitæ periculum ei minabatur: imo fugiebat. Et quamuis eum in secunda specie facti illius responsi tabernarius fuerit assecutus, cæptaque inter illos tum fuerit rixa: non veruntamen furi tabernarius oculum, defensionis ergo, vt dixi, effodit. Ideoque ex his solus tabernarius vnicè culpandus. Quæstio vero mota diuersos penitus habet terminos factique speciem præsefert diuersam: nempe quando quis alium adoritur armis percussurus, illumque in periculum vitæ adducit: merito & aliam prorsus decisionem admittit. Itidem non repugnat firmatæ conclusioni præallegata 49 l.j.in §. diuus. ff. ad l. cornel. de sicar. † est ibi plane verum, quod ad discernendum atque diiudicandum aggressoris animum, vtrum illi in votis fuerit occidere aduersarium necne, propter legis corneliæ pœnam, requiritur actus percussionis cum armorum genere ad occidendum proprio:alias nō posset quis videri animum habuisse occidendi, si posteaquàm gladium strinxisset,non percussisset.Cùm itaq; iudex,

dex,qui abſoluturus eſt reum aut damnatũrus, debeat, quoàd eius fieri poteſt, eſſe certus de rebus iudicandis.§.curare.inſti.de actio.l. admonendi.ver.ſolent enim ſæpè iudices. ff. de iureiuran.l.in bonæfidei contractibus.C.de reb.credit. requiritur profectò in ea iudicis cognitione non ſolùm euaginatio gladij:verùm etiam percuſsio. Alioquin iudex, niſi percuſsio interueniſſet, non poſſet eſſe certior factus, quòd reus animo occidendi alium ſtricto gladio petiiſſet: imò potius de contrario iudici tum conſtaret. iſtud eſt quod propriè voluit inibi dicere iuriſconſultus in d.§.diuus.inquiens, & in eum percuſerit,indubitatè occidendi animo ideum admiſsiſſe &c. At in occurrenti deceptatione noſtra eſt ſecus: vbi ſufficit quẽ in dubio vitæ diſcrimine eſſe conſtitutum, vt ſe tuendo aduerſarium ſuum interimere nõ iniuriâ queat. Quod nimirùm vitæ diſcrimẽ illicò ei imminet,quem alter ferro petit:tumque ſi expectãda eſſet percuſsio,nimis poſteà ſera foret defenſio,ſicuti anteà eſt enucleatè oſtenſum. Iam de ſecunda moderaminis qualitate in genere hoc defenſario agamus.

Oportet moderamini defenſionis, celerita-
50 tem temporis ineſſe: † ne ſi quid poſteà ex interuallo fieret, vltionem magis quàm defenſionem ſaperet. Quod lege eſt vetitum.l. ſcientiam.§.qui cùm aliter.in fin.ff.ad l.aquil.qua de

re sic cum doctoribus dices. Aut defendimus
51 personam, aut res. † Primo casu defensio incontinenti præstò adesse debet in ipsa ardenti pugna. d.l. si ex plagis. §. tabernarius. in j. responso. ff. ad. l. aquil. l. j. §. cùm arietes. ff. si quadr. pauper. fecis. dica. est melior text. in d. l. sed etsi quemcunque, in princ. ff. ad l. aquil. in l. iij. C. ad l. cornel. de sicar. Porrò si ex interuallo aduersarius læderetur, ea læsio defensionis nomen aut speciem vllam non haberet, sed offensio mera siuè vltio proprio nomine nuncupanda esset.
52 † Sin autem fortè dubitaretur, num ad defensionem vel ad vindictam mors aut vulnus in rixa alteri incontinenti illatum fuerit, & quis amborum prior percusserit: præsumptio iuris auctorem rixæ damnat lege, quoniam multa. C. ad l. iuliam de vi pub. dicto. §. tabernarius. ibi, culpam enim penes eum, qui prior flagello percussit, residere, & c. facit textus in d. l. j. §. cùm arietes. nec non & in hac nostra lege.
53 † Si res defendimus, idem eidem incontinenti tutela est adhibenda. lege tertia. §. eum igitur. lege, qui possessionem. ff. de vi & vi arm.
54 † Obseruandum tamen est: dum rerum defensioni incumbimus, dici defensionem incontinenti à nobis adhiberi, etiam si potest biduum aut triduum adhibeatur, secundum glossam in d. l. iij. §. eum igitur. in versi. ex continenti. Et est bonus textus in. c. olim. el primo. ante

finem.

fi. extra, de restit. spoliat. Id quod summa æqui-
tatis ratione minimè caret. Nam si me vi expu-
listi de fundo, neque pro defensione siuè recu-
peratione possessionis meæ solus sim tibi par:
vtique amicos ob eam rem accersere, æquandæ
pugnæ gratia, licere mihi debet. Vndè quum
in cogendis hominibus temporis aliquod inter
55 vallum exigatur: † illud, quandoquidem
lege nõ sit definitum, ex iuris æquitate arbitrio
iudicis statui moderate oportet. l. ab hostibus.
§. sed quod simpliciter. cũ. l. sequenti. ff. ex quib.
caussis maior. l. j. §. j. ff. de iur. deliberan. Quarè
Salycetus in dicta l. j. column. ij. nu. 10. C. vnde
vi. ait, latius quoque tempus indulgendum esse
recuperare volenti suam possessionem: quamad-
modum accidentia negotij & qualitates iusdi-
centis religioni videbũtur probari. Intra enim
modicum illud tempus, in quo negligentia de-
fensoris nulla fuit, non potest videri quis ani-
mum possidendi deposuisse, aut minus inconti-
56 nenti defensionem rebus adhibuisse. † Quip-
pè ea, quæ nullo actu extraneo interposito a-
guntur, incontinenti vnoque contextu fieri existi-
mãtur: tametsi aliquo tẽporis interuallo fuerint
impleta l. cùm antiquitas. C. de testamentis. l.
heredes palàm. §. vno contextu. ff. eodem. de te-
stament. l. j. §. qui præsens. l. continuus. in prin.
ff. de verbor. obliga. l. quod ait lex. §. vltimo. ff.
de adulter. Ex quibus liquet hunc terminum

inconti

incontinenti, diuersimodè secundum subiectam materiam accipi.

A moderata defensione prætereà vltio seu
57 vindicta abesse debet: † siquidem ea nemini propria auctoritate permittatur. l. nullus. C. de iudeis. l. scientiam. §. qui cùm aliter. in fin. ff. ad l. aquil. d. l. j. C. vnde vi. facit textus in l. vnica. C. ne quis in sua caussa iudicet. l. nullus. ff. de testi. l. omnibus. C. eo. tit. tum dubitationis est, quandò vindicta, quandoue defensio sit percusio appellanda.
58 † Respondent Glossator, Bartol. & reliqui in d. l. j. C. vnde vi. ex qualitate facti & personarum iudicem hoc æstimaturum: quoniam non tàm certa aliqua methodo aut diffinitione, quàm exemplis quibusdam res posit doceri. Consistit enim plurimum illud in animo
59 percutientis & affectu. † Proindè Bartol. putat, vt si te quis prior percusit, & tu illum protinus fugientem insequaris atque percutias: id vltionis non defensionis caussa à te fieri.
60 † iniuria enim semel illata personæ non potest deinceps excuti seu propelli. l. si quis prouocatione. vbi glossa in ver. iniuria. C. de appellati. l. vulgaris. in prinp. ff. de furt. facit textus in l. in
61 bello. §. factæ. ff. de capti. † Sin verò ille, qui prior te semel percusit, adhuc fortè percussurus staret, & tu illum præuenires percutiendo: tunc percusio tua defensioni nouæ imminentis iniuriæ, non etiam vltioni, adscribenda

haud

haud dubiè foret. Benè conuenit vltimo dicto Bartoli textus in l. si quis percussorem. C. de sicar. & est glossa de hoc in. c. significasti. el. ij. in vltima glossa, extra de homicidio. facit etiam quod dici solet, culpam omnem in rixæ auctores redundare. l. quoniam multa. C. ad l. iul. de vi publi. d. l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad legem, aquili.

Cæterùm declaratione eget prima hęc Bar. conclusio. Est quippè verum, illum, qui fugientem percussorem suum insequitur & percutit, vltionis non defensionis caussa id agere: attamen quoniam prior à fugiente verberatus dolore iusto commotus sic agit, videtur his venia pœnę homicidij (si ex illa percussione occumberet aduersarius) non esse indignus: vt culpæ
62 tantùm non doli fiat reus. † Porrò quum nemo sit de homicidio puniendus, nisi qui dolo malo illud patrauit. l. j. §. diuus. vbi Bartolus &
63 doctores. ff. ad l. corn. de sicar. † consequens est, eum homicidij pœna non teneri neque dolo malo versatum censeri, qui prior non sine dolore verberatus percussorem suum fugientem vel aliàs non resistentem confestim interemit. Ita insigniter voluit Antonius de Butrio in. c. olim. el primo colum. penul. versic. in quantum dixi suprà &c. extra, de restit. spoli. vbi allegat Iacobum de arena opinionis huius auctorem, per textum in l. j. §. quæri posit. ff. ad turpilli.

pilli.in l. iiij. §. cùm quidam. ff. de sicar. l. respiciendum. §. delinquunt. l. interpretatione. ff. de pœnis. facit bonus textus in l. gracchus. C. de adulter. l. quicquid calore. ff. de reg. iur. l. si adulterium. §. imperatores marcus. ff. de adulter. eam decisionem Butrij ac Iacobi de arena refert & sequitur Franciscus Aretinus in consilio. xxxiiij. visis diligenter testibus colum. vlti. versic. amplius dixit &c. & rursus in altero eius consilio. lxxx. sicut decet. cosum. vltim. versic. pro his adducitur &c. Albericus idem voluit in d. l. j. colum. iiij. versic. item quærit si aliquis. & Baldus ibi, num. 23. in x. quæstione. C. vnde
64 vi. † Et prout inquit Abbas in. c. j. extra, de iniuri. pœna emollienda est in eo, qui ad delinquendum fuit prouocatus. cui denique decisioni sese hoc loco Decius facilè subscripsit:
65 † & ego non minus libenter ascentior: dum modò qui prior vapulauit, aut graui aliqua plaga aut atroci aliqua personali iniuria fuerit affectus. * Tunc acerbitati doloris indulgendum est plurimum: quoniam abest dolus sicuti annotatæ leges ostendunt. Verùm si leui percussione ictus, dolore modico absque atroci iniuria corporali permotus fugientem percussorem occidisset: vix eum ab homicidij pœna excusare possem, prout inferius de excessu moderatæ tutelæ differentes sumus dicturi.

* Iusto dolore vltus, culpa omnino caret

66 † Simili modo quandò vilis & abiectus

homo

homo expelleret nobilẽ de possesione fundi: tunc si nobilis eum indè ex continenti vicissim exegerit, vlciscendi animo (ne notam & cõtem ptum à vili homine patiatur) id à nobili factum interpraetabimur. fuit hoc exemplum glossae in d.l.j.C.vnde vi. Sed Cynus ibi & alij veteres scriptores existimant, ratione nobilitatis non posse factum nobilis ad vltionem referre, sicq; in malam partem accipi. l. ad inuidiam. C. de his, quae vi met. caussa fiunt. Enimuerò Glossatoris exemplum ad hominem viribus altero valentiorem dumtaxat pertinere posse scribentes sunt rati. Mihi videtur, propositum exemplum neq; nobilitati, neque virium fortitudini conuenire. obstat his nimirum dispositio generalis, qua indistinctè cautum est, quemque iustè facere, si de fundo armis eiectus, armis identidem deiectorem suum illinc confestim expellat. l. iij. §. eũ igi-
67 tur, ff. de vi & vi armata. † & quod principale est, puta possesionis recuperationem, in his spectari oportet. l. Eum qui nocentem. §. si iniuria, ff. de inur. l. j. ff. de aucto. tutor. Itaq; cum Salyceto in d. l. j. C. vnde vi crediderim, ex qualitate facti magis, quàm ex viribus corporis aut conditionibus personarum vltionem vel defensionem iudici inquisitiùs explorandum.

Ad haec, quaerit Glossator in dicta l. j. C. vnde vi. Pone, quòd te de fundo armis expuli. Tũ

è contr

è contrariò armis teipsum instruis ad expellendum me incontinenti: ego tum idoneo tibi amicorum interuentu satisdare de restituendo protinus fundo cum omni, quam passus esses, iactura sum paratus: nunquid si contempta satisdatione me de fundo expuleris, id tibi vltioni an defensioni potius dabitur? Respondet Glossa-
68 tor, illud vltionis vitio verti. † facit pro opinione glossæ: quia cùm tuum posśis absq; rixa & contentione recuperare, non debes pacem spernere, & rixis, quæ mali maioris caussa esse possunt, operam dare. l. seruus non in omnibus ff. de actio. & oblig. l. capitalium. §. solent. ff. de pœnis. Nec vir bonus æquusq; iudex, cui popularium quies cordi cum primis esse debet, aliter pro subiectorum tranquillitate esset iudicaturus, argumento l. j. §. cura carnis. versic. & sanc. ff. de offic. præfec. vrb. & est bonus textus pro opinione glossæ in l. vnica, versic. ac satisdationis. C. vti posśidet. Verùm vrget in cõtrarium
69 ratio: † quoniam se quis fragili cautioni committere non est compellẽdus. l. nam quod. §. non omnis. versic. quare si fideicommiśsum. ff. ad trebelli. Præsertim quòd longè sit commodius, rem posśidere quàm petere. §. retinenda. versic. & quia. insti. de interdict. Neq; cuiquam suæ voluntatis tacitæ ratio sit reddenda. l. quia po-
70 terat. ff. ad trebel. † & nemo, iure suo vti iuste prohibeatur. l. sæpè. in fin. ff. de re iudic.

Dicamus

Dicamus iam de excessu moderatæ tutelæ. 71 † Videturis, qui ex certa scientia modum dolosè ac ex proposito excesšit inter defendendum, proindeque aduersarium interfecit, pœnæ legis corneliæ de sicariis vti homicida pro toto eius facto plectendus, de hoc est textus nequaquam sinuosus in l. vnica. §. nec verò immoderatè, C. de emendati. seruor. Quo loco Baldus numero iij. propterea notat, ratione excessus moderaminis posse imponi pœnam homicidij, quandò ex immoderata illa percušsione homo periit. Illuc spectat textus in lege, prætor edixit. §. prætereà. versiculo, nec enim ferre. digestis de iniuri. Quare Cynus in lege Gracchus. in vltima quæstione & Salycetus etiam ibi post Iacobum de arena. C. de a-72 dulter. † Voluerunt vt iudex, qui dolose seu data opera excesšit modum legitimum in torquendo reum, qui ob eam acrem & immodicam torsionem dein periit, lege Cornelia de sicariis pro homicidio sit damnandus. allegant legem vltimam. digestis ad legem iul. repetun. est consimilis textus in lege, vel quo magis. eodem titulo. Sed ad propositum immodicæ torturæ iudicis ego multo commodiorem locum indico in lege quarta in principio. digest. de sicariis. Ad hæc, quoque bene facit vltra Doctores textus in lege item apud Labeonem. §. sed & si iussu domini. digestis de iniuri. Neque ali-

ter creditur Antonius Butrius sensisse in capitulo, significasti. el. ij. col. penultim. versiculo quandoque in ipso actu defensionis &c. extra, de homicid. dum inquit, eum qui in sui defensione modum ex proposito excesit, irregularitatem incurrere & pœnæ iudicialis reum esse. Vbi & glossa vltima circà medium simili modo ait, eum, qui non ex proposito sed alias modum excesit in defensione, non esse puniendum. Ergò voluit ibi Glossator, vt si quis modum studiosè excesit, indistincte sit puniendus: sicque pro toto illo facto. Vltra hæc addo textum in §. iniuria. versiculo, ac ne is quidem. Instit. de lege aquil. vbi qui casu interfecit lege aquilia non mulctatur: qui verò aut dolo aut culpa occidit, ea lege indifferenter atque insolidum, vt sic dixerim, tenetur Maximè autem hæc opinio videtur posse recipi, quum facta hominum sint indiuidua. lege, stipulationes non diuidunt. digestis, de verbor. obliga. Ideoque iusta defensio simul eodemque momento adhibita vix ab immoderato excessu valebit distingui.

At contrarium censuit Baldus in hac lege col. vltima. versiculo, sciendum est tamen
73 quod qui excedit &c. inquiens † quando in defensione exceditur modus per leuissimam culpam, excessus huiusmodi leuis non debet

debet puniri, argumento legis, cui dens. digestis, de edilict. edict. & lege, quamuis. digestis de condict. & demon. Idem statuendum, ille ait, si modus excedatur per leuem culpam: quia leuis culpa non videtur criminaliter punienda, iuxta notata per Cynum in lege, si quis non dicam rapere. in fine. C. de episcop. & cleri.
74 † Siquidem in atrocibus necnon & atrocissimis delictis dolus vnicè requiratur. glossa in lege, magna negligentia, digest. de verbor. signific. Est bonus textus in lege. j. §. diuus. lege, in lege cornelia. lege, si quis dolo. digest. ad legem corneliam. de sicariis, sin verò dolo malo excedatur modus in defensione: puniendus est solus excessus (Baldus scribit) minori nimirùm pœna, quàm si occasio delinquendi data non fuisset, vel si ex lata culpa excessus moderatæ defensionis contingat, mitiori adhuc magis pœna ille excessus arbitrio iudicis cohercebitur. allegat Baldus ad vtrumque dictum, lege, Diuus Adrianus. digestis ad legem Pompe. de parri. l. si adulterium cum incestu. in §. im-
75 peratores. digest. de adulter. † Nemo non scit, Marito fieri iniuriam ex adulterio vxoris, lege, si maritus. §. lex iulia. lege, miles. §. socer. digest. de adulte. ob idque ei licere, imminentem huiusmodi vim atque iniuriam si præuiderit contraria vi propulsare. l. j. §. item diuus. ibi, sibi vel [illegible] suis

suis &c. digestis de sicar. Verùm quia in d. §. Imperatores. potuisset maritus absque cæde vxorem ab illa inferenda sibi iniuria prohibere, dicitur modum iustæ defensionis excessisse: quia eam occidit: at quum perdifficile sit, iustum temperare dolorem, pœnam vltimi supplicij in illo excessu Cæsares condonarunt. Nec planè aliud opinatur Petrus de Anchorano in Clementi. vnica, de homicid. asserens, quòd vbi quis ex instituto modum iustæ defensionis excessit, sicque dolosè, puniri is debeat non quidem pro toto eius facto, sed pro excessu illo tantisper. citat c. olim, el. j. in fine extra, de restit. spoliator. Pro hac parte facit textus in d. lege, Gracchus sub finem. C. de adulter. in lege, si quis in graui. §. si maritus. versicul. si tamen. digest. ad syllan. in lege j. §. item diuus. versicul. sed & in eum. digest. ad legem corneliam, de sicariis, & per prædicta iura. Idem rursus videtur defendere in effectu Baldus in l. j. numero. xxiij. in nona & decima quæstione. C. vnde vi. Quibus etiam benè conuenit textus in lege, quoniam multa. C. ad legem iuliam de vi publi. in lege. j. §. cùm arietes. digest. si quadru. pauper. feci. dica. Ex quibus omnibus Alexander olim pluries in fauorem rei de homicidio accusati sic propriè respondit in consilio. lxxvj. visa inquisitione. col. prima, per totam, nec non & in consilio. cix. visis & vt oportet consideratis. col. iij. versiculo, & ad hoc alle

allegat libro primo. Quo loco opinioni suæ prætereà accersit dictum Baldi in cap.j.§. si quis verò.el.j.numero viij. in titulo, de pace iuramen to firman.& in cap.j.in princip.col.ij. nume. vij. versic.Item qui excedit modum. in titulo, de pace tenen.& eius violatoribus. Verùm inibi Baldus istud de excessu doloso non expressim adsec rit: ait tantùm simpliciter, vt qui excedit modum se defendendo, puniri debeat pro solo excessu, sicque mitius: citat textum in cap. significauit. Vbi Ioannes Andreas notat, col.ij.versi. tamen & si ex certa scientia.extra, de pœnit. & remiss. Sed neque ibi Ioannes Andreas hoc de excessu ex certa scientia perpetrato recipiendum affirmat, nisi ob ecclesiæ fauorem: & sic in casu speciali. Idem probat nihilominus denuò Alexander in consilio. cxl. Videtur in casu proposito. col.penulti. versiculo, prætereà. & col. vltima. versiculo, Et quòd non debeat puniri.libro secundo. vbi ex proposito excedentem moderamen inculpatæ tutelæ non teneri pro toto homicidio sed de excessu tantùm consentit. Id quod Angelo Aretino minimè improbatur in §. Ius autem gentium.col.iij.versiculo, Vnum addas. Instit. de iure natural. qui opinioni huic accedit, vt si excessus puniendus sit, velut quia ex proposito factus: non tamen sit pro tota percussione, sed leuiori pœna plectendus. sic æque opinatus est idem

Angelus Aretinus in suo tractatu maleficiorum, in versi. defendendo. Eadem Franciscus Aretinus quosdam homicidij accusatos defendens consulendo tradit, in consilio suo xxxiiij. visis diligenter testibus. col. vltima, in versiculo, diceretur autem. &c. vbi inquit, quòd excedens modum in defendendo ex proposito, non sit puniendus de dolo pro toto facto, sed tantùm de culpa, arbitrio iudicis pro solo excessu. Allegat droctrinam Ioannis Andreæ in additi. ad speculatorem. in rubrica ti. tuli de homicid. & textum in præallegata lege, si adulterium. §. Imperatores. digestis, de adulteriis. Ita propriè iterùm is Aretinus defendit in alio eius consilio lxxx. Sicut decet. col. iij. versiculo, circa secundum. Hanc partem Iason hic post plerosque alios est imitatus: licet Decius in hoc vacillet, nihilque prorsus constanter adfirmet. Quid itaque nos in proposita quæstione iudicandum arbitrabimur?

76 † Reor equidem ipse vltra ea, quæ paulò ante pro parte affirmatiua recensui, si quis ex proposito, id est, dolo malo absque necessitate propriæ tuendæ salutis, excesserit iustæ defensionis moderamen in terminis, in quibus loquuntur Doctores, atque in illo excessu aduersarium occiderit, capitis pœna homicidium illud tum iustissimè expiaturum. Pla-
[illegible] nè mi

nē mihi videtur decisa hæc quæstio in l. j. §. diuus. ver. sed & si claui. ff. ad l. cornel. de sicar. Aliquis claui percussit aduersarium in rixa, & sic ad defensionem etiam, quum generaliter Iurisconsultus loquatur, ex qua percussione obijt vulneratus. Respondet legislator, quoniam ex genere instrumenti constat, percussionem non fuisse illatam animo occidendi, sed casu magis quàm voluntate homicidium admissum, leuiandam esse, percussoris pœnam. Igitur compræhensum est in verbis illis maximè, vt si dolo malo, hoc est, animo occidendi in rixa instrumento etiam ad nocendum non vsque adeò acri percussisset, pœna legis corneliæ, nihilò de seueritate pœnæ remisso, eum teneri. Huic est concors alter locus in lege, si ex plagis. §. Tabernarius. versicu. nisi data. digest. ad l. aquil. Vbi Tabernarius, qui flagello prior vapulauit à fure, si modum excessit defendendo se in ea rixa, non intelligitur damnum iniuria dedisse, ac ne tenetur quidem lege aquilia de excessu: nisi data opera effodisse oculum furi, & sic excessisse modum incul-patæ tutelæ probetur. Proinde liquet, quòd si ex proposito modum iustæ defensionis tabernarius excessit, dicitur damnum iniuria dedisse, ac perconsequens lege alia pro toto eius facto puniendus. Non enim ibi distinguitur excessus à moderata defensione: sed totū damnum

illatum indifferenter plectendum decernitur. Id quod non abre ita constitutum videtur: siquidem in superfluo illo vulnere & excessu doloso sit perfectũ & absolutè consummatum homicidij crimen. lege, Item mela. §. Cælsus scribit. digestis ad legem aquiliam. lege, si in rixa.
77 iuncta glossa ibi. digest. de sicar. † Huc pertinet doctrina Barrol. in l. diuus. numero. ij. ibi, secundo quęro quid si aliquis. ff. eo. ad legem cornel. de sicar. Quærit ipse, quum aliquis vellet occidere Titium, & per errorem occidit Caium vtrum sit puniendus perindè ac si non errasset? Respondet, quòd sic: quia is ab initio proposuerat sibi hominem occidere: ideoque licet errauerit in persona, nihilominus tamen dolo malo deliquit, propterea est æque puniendus. l. eum qui nocentem. §. si iniuria. digest. de iniur. Diuersum (inquit Bart.) quando non animo lædendi, aliquem tamen læsi: tunc illud impunè feram. lege. Item apud Labeonem. §. si quis virgines. digest. eod. de iniur. Sic ergo multo magis in proposito dubio dicendum erit: vbi quis dum se defenderet modum data opera excessit, hominémque dolo malo citra vllum prorsus errorem interemit. Istud in propriis terminis motæ quæstionis voluit identidem glossa (si eius verba ad textum ibi, vti conuenit, retuleris) in l. Quoniam multa. in ver. interemptus. C. ad l. iul. de vi public. Huic quoque sententiæ fauet

Glossa

Glossator in. c. olim. el primo in vltima glossa, extra, de resti. spoliat. Neque aliter censuit rursus glossa vltima in. c. significasti, el. ij. extra, de honicidio, sicuti pridem annotaui.

Vndè quum ex his negari non posit, quin doctores nostri confusè rem tantam vitæ ac necis hominum tractarint, libet nunc eam penitus
78 inquirete. † Pone: Titius adoritur virga semproniũ percussurus: Sempronius se defendens, ab imminenti percusione vtitur gladio, & vno solo ictu seu vnica percusione Titium interficit. Quæritur, num Sempronius, & qua pœna, sit plectendus? Puto vtiq;, bonũ equumque iudicẽ sic æstimaturum: Aut Sempronius potuit se vicisim virga aduersus ingruẽtẽ vim atque iniuriam tueri, & gladio maluit vti: tunc bis peccasse is mihi videtur, & ob id durius quóque puniendus, argum. l. capitalium. §. solent. ff. de pœnis. glossa in. l. vltim. in versic. postponendis, C. de primicerio. lib. xij. cum similibus. Peccauit enim primùm quando armis pro tenui baculo est vsus. l. iij. §. eum igitur. ff. de vi & vi arm. Peccauit rursus, vbi inimicum interfecit, quem minore vi potuit ab inferenda iniuria prohibere. l. j. cum ibi notatis. C. vnde vi. Itáque his qualitatibus perpensis, censetur dolo malo Titium indubitatè sempronius & animo deliberato occidisse. l. aut facta. §. qualitate. ibi, ô viri Athenienses &c. ff. de pœnis. Est bonus te-

xtus in d.l.j.§.diuus.ibi,& ex re constituendum est &c.ff.de sicar.in l.vnica,C.de emendatio.seruorum. Meritò pœna illi,ex lege cornelia de sicarijs, capite est persoluenda, quemadmodùm proxime ostendi,per.d.l.j.in.§.diuus. versic. sed et si clau.ff.de sicar.& l. si ex plagis.§. tabernarius.ff.ad l.aquil.aut Sempronius non potuit eodem tenuis instrumenti genere sed aduersus Titium defendere, velut quia nihil preter gladium in promptu habebat: Ideoq; gladio Titium aggressorem suum,à cuius vi & iniuria aliter tutus esse non poterat, vnico tantum ictu percussum interuenit, tum nempè existimo, pœnam homicidij arbitrio iudicis leniandam: qui parte corporis,in qua illatum fuit vulnus, considerata, & defensionis necessariæ diligenti ratione habita, quod sibi æquū videbitur statuet. c. significasti. el secundo in medio & in fine, extra, de homicid.d.l. aut facta. §. qualitate, ibi, cùm in pupilla.ff.de pœnis.l. scientiam. §. qui cùm aliter. ff. ad l. aquil. Et hic in textu nostro, ibi, Quod quisque ob tutelam sui corporis fecerit &c. Quòd autem moderatam tutelam excessit, letaliter & acerbè nimis inimicum vulnerando: Illud est cum defensione & iusto metu coniunctum, nec facilè ab ipsa defensione & instanti periculo offensionis potest distingui. Igitur qualicunque venia dignum (nisi dolus malus alijs perspicuis indicijs euidentissimè probare-

tur) id facinus iudicarem, iuxta normam legis, si adulterium. §. Imperatores. digestis, de adulteriis, lege, Graccus, in fine. C. eodem, cum similibus. Sin verò Sempronius vtens armis, quæ in promptu sola habuit, dum se defenderet bina vel plura aduersario vulnera inflixit, ex quibus demùm mortem obijt: itâ mecum hac de re dices. Aut per primum illatum vulnus extenuatæ vires aggressoris adeò apparebant, vt iam Sempronius satis foret ab eo tutus: tunc si perrexit nihilominùs idem Sempronius inimicum vulnerare: censerem eum capite omninò (defuncto aduersario) per legem Corneliam puniendum. Porrò absque defensionis necessitate animo occidendi minimè obscuro hominem interemit. Ergò pœnam legis Corneliæ de siccarijs non iniuria luet. dicta lege prima. §. diuus. ibi, tamen non occidendi animo &c. à contrario sensu. digestis, de sicari. & dicta lege, sciētiam. §. qui cùm aliter. in principio. digestis ad legē, aquiliam. Huc pertinent notata per glossam vltimam paulo antè finem eius in capitulo, significastic
79 el secundo. extra de homicidio. † In his etenim, quæ sunt de genere prohibitorum, (nisi aliud quem excuset) dolus confestim aduersus facientem præsumitur, lege, si non conuicij. C. de iniuri. l. j. C. ad. l. cornel. de sicari. capit. primo. extra, de præsumpti. Corneus tradit in

consil

consilio. ccv. in litera. B. lib. ij. Alexander consilio. lxxix. lib. iij. & in consilio. iij. colum. j. lib. j. diuersum quippè, si post primum illatum à Sempronio vulnus instaret, iterùm Titius percussurus: posset tunc certè Sempronius pro sui defensione (si aliàs vim ingruentem propulsare nequiret) impunè Titium denuò vulnerare. d. l. scientiam. §. qui cùm aliter. ff. ad l. aquil. glossa vltima ante finem in. d. c. significasti. el. ij. extra de homicidio.

Hæc sanè opinio mihi plurimum arridet, multoúe æquitati proximior, quàm præcedens doctorū cōtraria, videtur. Non potest inquam vllo iure comprobari contraria illa Baldi ac reliquorum interpretum in hisce homicidij reis iudicandis nimia indulgentia. Rescripta nánque Cæsarum in. d. l. si adulterium cum in cestu. §. imperatores. ff. de adulteri. cum similibus. Vbi summam istius eorum opinionis doctores magno consensu singulariter constituerunt, nihil tale nobis planè ostendunt. Illic quidem rectissimè legitur, marito deprehendenti vxorem in adulterio, si eam impetu doloris tactus interfecerit: pœnam legis Corneliæ de sicarijs remittendam: quoniam difficillimum sit, iustum temperare dolorem. Cæterùm quòd plus fecit se vindicando, quàm facere debuit, leuiore alia quapiam pæna afficiendum. Eccè remittitur marito inibi vltimum supplicium: quia impetu doloris

doloris tactus deliquit, sicque non dolo malo,
non ex proposito, arg. l. Quicquid calore. ff. De
80 regul. iur. † Idcircô qui impetu delinquunt,
putà doloris impatientia vel vino lapsi, non
æquè sunt puniendi, ac illi, qui mentis compo-
tes ex proposito: quum isti velut amentes sine
dolo, illi vero data opera callidè delinquant. l.
Respiciendum. §. Delinquunt. ff. De pœnis. l.
omne delictum. §. qui se vulnerauerit. §. per vi-
num. ff. de re milita. Et quòd absuerit dolus at-
que propositum delinquendi ab illo, qui depre-
hensam in adulterio vxorem occidit, notant ex-
presim Imperatores in illis verbis, dum effica-
ci ratione maritum à pœna legis corneliæ de si-
cariis excusant inquientes: difficillimum enim
81 est, iustum temperare dolorem. † Quarè si
caussa quæuis iniusta & vtlibet leuis, quæ ta-
men dolo careat & fallacia, expertem doli po-
test quem reddere & reddit. l. igitur. §. j. ff. de li-
ber. caussa. glossa in l. plagij. la. ij. in versi. iusta. C.
ad l. fauiā de plagij. glossa in c. cùm venerabilis.
extra, de consuet. quāto magis iustus dolor, caus
sa rationabilis & æqua, illud idem marito præ-
stabit? Neq; (si doli mali difinitionem contem-
plaberis in l. j. §. dolum. ff. de dolo. in. §. præterea
& is. iuncta glossa in versic. debet. instut. quib.
mod. re contrah. oblig.) aliud ibi, quàm à mari-
to dolum absuisse, dubio procul intelliges. Ma-
ritus nanque non calliditate vlla, seu animi de-
libera

liberatione, fallacia, aut studiosa machinatione, sed impetu tantum iusto & graui percitus dolore vxorem inconsultè accidit. Igitur non iniuria, capitis pœna liberatur. d. l. j. §. diuus. l. si quis dolo. l. in l. cornelia. ff. de sicar. constat apertè rursus in d. l. j. §. diuus. vsque in finem legis. ff. de sicari. imperatores, ob id nimirum marito vltimum supplicium remisisse, quòd is absque dolo malo & præter animi deliberationem vxori necem intulerit. Alioqui Cæsares, capiti pœnam remissuri fuissent nunquàm, si animo non concitato maritus, si non dolore iusto acriter tactus, si non impetu & quasi amens lapsus depræhensam adulteram vxorem interfecisset.

82 † Quoniam cessante caussa legis, exolet simul & eius dispositio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronat. l. quod dictum est. ff. de pact. c. cùm cessante. extra, de appellati. Abb. in. c. cùm contingat. colum. 2. versi. vndè potest sic distingui extra, de iureiurañ. Finge, si libet, maritum aliquem non cõmoueri solere vxoris suæ adulterio: imò vel quæstus gratia vel alia quapiam fœda mentis turpitudine illitum consentire haud inuitum libidini vxoriæ. Iam verò deprehensam ĩ adulterio occidit: * nũquid illi pœna legis corneliæ de sicarijs remittetur? Minimè gentium remittenda erit. Vt enim dixi, sublata caussa remissionis: pœnæ cessat & ipsa remissio. d. l. adigere. §. quãuis. cũ similibus.

83 † Item quia

* Potest q̃s ĩpunè vxorem suã cũ adultero amasio ĩ adulterio deprehẽsos ĩ calore iracũdiæ καὶ ἄρθρα ἐν τὰ ἄρθροις ἔχοντες, interficere l. Gracchus. C. ad. l. Iulian. de adulteri. & l. marito. ff. eodẽ. Vide Lysiæ apologiam pro Eratosthenis cæde, cõcioẽm Demosthẽis aduersus Aristocratez & Gelliũ lib. 10. cap. 23. de. M. Catõe. Ph. Bugnonius.

quia ex adulterio vxoris, cui in illo lenocinio & fœditate maritus ipse consensit, puniri debet l. Mariti lenocinium. quasi per totam. l. qui domum. versiculo. vel quæstum. l. Miles qui cum adultero. in princ. ff. de adulter. l. crimen lenocinij. C. eodem. commodum indè leuioris pœnæ ne sentiat in primis conuenit. l. siuè hæreditaria. vbi textus notabilis. ff. de negotijs gest. Proindè cernis, quòd nihil iuuetur opinio Baldi, & scribentium communis eo loco prædictæ. l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores. ff. de adulteri. cum similibus. Siquidem illic solo impetu iusti doloris citra dolum & absque animi deliberatione vxor fuerit interempta: Enimuerò quæstio nostra & doctorũ sit, quandò dolo malo ac data opera homicidium in defensione nimia fuerit patratum.

Neque contradicit sententiæ meæ. Pontificis decisio in præallegato. c. olim. el primo ad finem. extra, de restit. spoliator. in ea ibi nimia defensione episcopi & canonicorum Tridonensis ecclesiæ nullum interuenerat homicidium, sed fortè tantũ aliqua corporalis offensa: vt verba textus illius indicant, & glossa vltima ibi declarat. citat enim Glossator textum pro declaratione eiusdem loci in. c. non dubium. extra, de sen. excom. vbi de verberibus solùm, non etiam de homicidio, exorta definitur quæstio. quinimò ex inscriptione tituli illius de restitutione

spoliat

ſpoliatorum, ſub quo eſt ſituatum memoratum.c.olim.el primo non obſcurè liquet. illam iuſtæ defenſionis tranſgreſsionem atque offenſam in rebus magis, quàm in perſonis, fuiſſe.
84. † Nam leges dubiæ ab inſcriptione tituli lucem non rarò accipiunt.l.imperator. vbi Bartolus per illum textum ſic ſcribit. ff. de in diem adicto. Si autem occaſione rerum defendendarum epiſcopus & canonici Tridonenſes occidiſſent inuaſorem earum, modumq; ſic inculpatæ tutelæ excesſiſſent, & Pontifex de tali exceſſu conſultus quid ſtatuiſſet: tum vtique decretum eius ſub alio proprio conuenientique titulo nempè de homicidio, diſpoſitum in decretalibus legeremus. Ita porrò aliàs in ſimilibus obſeruatum conſpicimus.c.interfeciſti. c. ſi perfodiens.extra, de homicid. vnde ſi defenſio nibi fuit in ſolis duntaxat rebus immodica: tanto magis à quæſtionis noſtræ terminis diſtat oppoſitus obex.

Simili modo cõtraria non eſt opinioni meę ſanctio illa in d.l. quoniam multa.C.ad.l.iul.de vi publi. Sanè prout illic gloſſa in verſic. interemptus.docet, intelligẽda eſt illa lex ſecundum prædicta: quandò ſcilicet is, quem alter adoritur, ſeſe aliter (niſi aduerſarium interficiẽdo) defendere non poterat. alioquin interfector homicidij reus fieret: ſicq; vnius culpa delictum alterius non excuſat.

Ex qui

Ex quibus firma conclusio est, quod si quis inter defendendum excesserit dolo malo iustæ defensionis moderamen, aduersariumque data opera seu ex proposito occiderit: capite eum per legem corneliam de sicariis mulctandum. dicta lege prima. §. diuus. versiculo, sed & si claui. ibi, tamen non occidendi animo &c. ff. de sicar. l. si ex plagis. §. tabernarius. ibi, nisi data ad
85 hoc opera &c. ff. ad legem aquil. † At si tantum culpa & non dolo quis inculpatæ tutelę modũ excessisset, hominemq; in illa trãsgressione interemisset: pœna legis corneliæ de sicariis eidem remitteretur, & leuiore aliqua arbitrio iudicantis adficeretur. dicta lege, si adulterium. §. Imperatores. ff. de adulteri. lege, diuus. ff. ad l. Pompe. de parrici. d. l. j. ad fin. ff. de sicar.
86 † Vt inde etiam constet, Cynum in l. si quis non dicam rapere. in fine. C. de episcop. & cleri. non rectè scripsisse, culpam leuem delinquentis criminaliter non puniri: Imò certè punitur criminaliter culpa leui: mitius tamen ac mitius arbitrio iusdicentis, per prædicta. Ita propriè reperi Cynum à Bartholo repræhensum in lege, respiciendum. §. delinquunt. nume. quarto post glossam. ibi, in versic. ff. de pœnis Ista conclusio (vt dixi) iustitiæ & æquitatis ple-
87 nissima est † quandoquidem delicta non punire, aliud nihil sit, quàm bonis nocere. §. quod si delinquentes, & ibi glossa in versicul.

supplicium, notat per illum textum in auth. de mandat. princi. Quare Isæus dicere solitus: qui puniunt iniustos, ij reliquis iniuriam fieri prohibent. Pythagoras quoque sic scribit: qui de malis pœnas non sumunt: bonos affici volunt iniuriis. Porrò si huic doloso trangressori indulgeatur tantum, quantum Doctores
58 indulgendum existimarunt: † occasio transgrediendi inculpatæ tutelæ fines, & delinquendi materia cæteris illud foret. Quod leges minimè vnquàm probarunt. lege, ait prætor. la. j. in princ. ibi, alioquin &c. digest. de iureiuran. l. j. §. sed & si quis. digest. de carb. edict. His nimirum naturæ legibus Hyperides permotus docebat: incipientibus malis obstruendas esse vias. Cùm autem semel radices egerit & inueterata fuerit malitia, tanquam congenita ægritudo, difficilis extinctu fit.
89 † Veruntamen fateor, si non perspicuè de dolo & occidendi animo illius homicidæ (velut quia sint argumenta vtrinque non leuia) iudici constiterit: cum potius vltimi supplicij pœna absoluēdum, quàm in dubio tam seuerè damnandum. l. Absentem. digest. de pœnis. Vbi rectè Hadrianus cæsar eum Antiphonte sentit: si peccandum sit (Antiphon alibi ait) iniustè reum absoluere, quàm iniustè perdere, melius fuerit. Illud enim quidem, peccatum est, hoc verò impietas. Quæris tum ex me forsan: quum

certò

certò ad firmem, homicidium in doloso excessu iustæ defensionis patratum, legis Corneliæ de sicariis pœna expiandum: secus si culpa & non dolo.d.l.si adulterium.§.Imperatores.ff.de adultei. cum similibus.

90 † Quid autem si moderatæ defensionis excessus non in personam aduersarij, sed in res dolo malo aut culpa sit factus? nunquid pro solo excessu, vel pro toto eius facto potius hic defensor erit puniendus? Responderim, diuersos esse huius quæstionis terminos à præcedenti: ideoque talem immoderatum defensorem siuè dolo siuè culpa versatum in solo excessu damni dati obligari.d.ca.olim. el.j.ad fin. extra,de resti.spoli.§.iniuria. ver.ac nec is quidem. §.capite tertio.insti.de lege aquilia.

# Defensionis pars tertia.

1 *Defensio contra magistratum an lege sit nobis permissa, & quando, habes sub num. 45. 48. 49. 54.*

2 *Magistratum seu principem esse dei imaginem: cui si reuerentia & honor debiti non manserint integri, ciuitatis decus peribit.*

3 *Magistratum, qui iniuriam nobis intulit, qua ratione reum in iudicio agamus, & oportere distingui inter magistratum maiorem & minorem traditur.*

4 *Magistratui parere subditos necessario debere, etiam iure diuino. nume. 38. Amplifica id, tametsi dubium foret, utrum illius praecepta essent iusta: uel dubium esset, an ad suam iurisdictionem aut officium illa spectarent. sub nume. 39. Rursus extendenti habes sub num. 40. 41. 48. 49. Quod limitatur sub nu. 17. 43. 45. cum sequentibus.*

5 *Magistratum bonam iuris praesumptionem pro se habere.*

6 *Appellare metuenti propter iudicis saeuitiam aequissime leges consulere.*

7 *Parenti filios uerberanti non resistendum.*

8 *Magistratum subditis loco esse parentum.*

9 *Subditos tanta obedientia, ueneratione, & beneuolentia erga Principem seu magistratum suum affectos esse debere, ac erga proprium parentem.*

10 *Viam criminibus non esse reserandam.*

11 Magi

11 *Magiſtratui non obedientem Chriſtianum peccare mortaliter.*

12 *Magiſtratui etiam malo Chriſtianos nihilominus patienter obedire debere.*

13 *Officialibus & miniſtris Principis metas ſui officij excedentibus priuatos homines, quorum intereſt, etiam ui armata reſiſtere poſſe.*

14 *Officiales magiſtratui ſui illicita præcipienti reſiſtere debere.*

15 *Filium patri & ſeruum domino in atrocibus parere non oportere.*

16 *Impoßibilia factu nobis eſſe, quæ uel turpia uel iniuſta ſunt: ideoque nec magiſtratui in illis parendum.*

18 *Subditos, qui deciſcunt à Rectore ciuitatis propter eius iniuſtitiam, non ob id ſupremi Principis hoſtes iudicandos.*

19 *Magiſtratus cur inſtituti.*

20 *Magiſtratui etiam in dubio reſiſtendum, quando iniuria aut damnum irreparabile foret, ſecundum Cyni & Pauli Caſtrenſis opinionem. Imò quoque & ſi damnum recuperabile eſſet, ſecundum Ludo. Romanum. nume. 21. ſed illorum ſententia falſa. ut nume. 39. 40. 48. 49. 52.*

22 *Iudici exequenti ſententiam nullam, ui contraria non iniquè reſiſti.*

23 *Magiſtratui non parendum in his, quæ contra legem Dei imperat: ueteri & noua ipſius lege, necnon canonica & ciuili oſtendi. Quod eſt quippè uerum, ſi imperata notoriè, euidenter, & manifeſtè cum lege*

 diuina

*diuina pugnent, non alias. num. 55.56.57.83.*

24 *Principem subditis, uelut mansuetum patrem, præesse debere.*

25 *Principem Tyranni labem & nomen incurrere: ubi iniusta & contra Dei legem imperat.*

26 *Tyrannus, quis: & Rex quis dicendus.*

27 *Principem, quemadmodum amußim, rectum esse oportere: & nisi parere prius didicerit imperareque sibi ipsi sciuerit, aliis non rectè præesse.*

28 *Tyrannum, defensionis ergò, à subditis expelli de imperio secundum yserniæ opinionem posse: secundum philosophos autem iustè etiam occidi. Id quod & Thomas de Aquino probat, & yserniæ quadam cum distinctione tandem recipit. sub nume. 35. Decisam denique præter alios habes quæstionem sub numer. 95. 104. 121. 122.*

29 *Tyrannos ab hominibus priuatis quandoque interemptos fuisse, historia Iudæorum est.*

30 *Tyrannum perpulchrè suibus comparari.*

31 *Impium interficere, est Christo consecrare. & quonam pacto id accipi oporteat, habes sub nu. 117.*

32 *Malis resistendum esse, non cedendum: & cur.*

33 *Fidem non seruanti meritò eidem illam non seruari, & quomodo intelligendum, sub nu. 119.*

34 *Iudicem sibi esse posse priuatum quenque, ex magna tamen caussa, uelut si copiam magistratus non habeat. Quod declaratur sub nu. 120.*

36 *Magistratuum ordinationem à lege naturæ proficisci. Quod multis naturæ exemplis demonstratur.*

Pote

37 Poteſtatem omnem à Deo eſſe.

42 Obedientiæ iugum, quod detrectari non licet, ipſo agendi modo & tempore, aptaque perſuaſione ferendum eſſe minus ægrè.

43 Magiſtratus quando dicatur manifeſtè ſeu notoriè contra legem agere, ei non pareatur impunè. & numero. 46.

44 Magiſtratus, qui officium ſuum notoriè tranſgreditur, agere tunc dicitur uelut priuatus aliquis: idcircò in his illi minimè parendum.

46 Manifeſtum ſeu notorium illud dici, quod ex actis iudicij depræhenditur abſque alia probatione.

47 Notorium ſeu manifeſtum illud dici, quod ex facti euidentia, quæ tergiuerſatione nulla celari poßit cognoſcitur.

50 Declaratio ad gloſſam in c. Hi qui. 14. q. 6.

51 Declaratio ad Salomonis dictum, eripe eum qui ducitur ad mortem &c.

52 Declarata contra Romanorum. l. ij. ff. Ne quis eum, qui in ius uocat. eſt ui exim.

53 Rei, quàm actoris, conditionem in ſimili delicto eſſe meliorem.

56 Declaratur euangelij locus, Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere.

58 Obediendum minimè Imperatori, aut cuiuis alteri magiſtratui, quid contra uniuerſalis Synodi decretum uel ſuper interpretatione legis diuinæ uel alias factum, præcipienti.

59 Res communi decreto Reipublicæ fidelium ſemel iu=

dicata, sit cunctis notoria, certa, & manifesta.

60 Rem iudicatam pro ueritate accipi. Quod declaratur ut in sequenti.

61 Re præsentibus partibus iudicata, ius uniuersale ac notorium in omnes alios quoque nasci.

62 Exceptiones de inefficacia conciliorum, deque expresso Dei uerbo contra concilia notoriè ac euidenter falsas esse.

63 Conciliis legitimis plenißimam fidem esse tribuẽdam solidasque in uniuersa ecclesia leges ea prorsus habenda, nouè ostenditur. & nu. sequenti. & nu. 66. 67.

64 Concilia, quæ ab ascensione Domini usque ad annos superiores plus minus quadraginta fuerunt celebrata, uel lege ad id lata, uel tacito uniuersæ Reipublicæ Christianæ consensu esse approbata.

65 Legem scriptam & legem non scriptam, paris esse auctoritatis.

66 Concilia & si neque lege scripta, neque tacito populi consensu essent recepta: nihilominus tamen leges religionis ualidißimas, quibus cuncti Christiani parere teneantur, ea esse.

67 Concilia, quid sint: & diffinitionem legis eandem, ac conciliorum, esse.

68 Conciliis aduersanti non magis credendum, ac prodere patriam uolenti, si dicat, legem Iuliam maiestatis nihili faciendam.

69 Innouationes, præter commune iudicium, cùm in diuinis tùm in humanis rebus, maximam hominibus adferunt infœlicitatem.

70 Ex

70 *Exceptionem, de expresso dei uerbo, aduersus concilia falsam esse demonstrari.*

71 *Magistratu opus esse necessariò in ciuitate: pro legibus, utut claris, expreßis, ac manifestis, interpretandis, iure gentium atque diuino demonstrari. & num. 73.*

72 *Iudicium de legibus soli magistratui, non etiam cuique popularium commissum: siquidem magistratus iudicare ex legibus populares, non autem popularium quisq; ex legibus magistratum, debeat.*

74 *Seditionem plusquam manifestam moliri, qui, prætermisso magistratu, uult solis niti legibus.*

75 *Legibus auctoritatem ab earum conditoribus tribui.*

76 *Euangeliorum scriptura non esse adeptam ecclesiæ potestatem aut iurisdictionem, quæ ante scriptum euangelium in ecclesia fuit.*

77 *Ecclesiam auctoritate ac dignitate scripto euangelio antecellere.*

78 *Euangelia Christi ecclesiæ, non è contra ecclesiam euangeliorum, dici oportere.*

79 *Ecclesiam ita latius quàm euangelij scripturam patere, ac magistratus auctoritas maior est legis potestate.*

80 *Ecclesiam non sic euangelij scripturæ alligatam ut illud interpretari, in casibusque scriptura euangelij non comprehensis statuere non poßit.*

81 *Dubiam rem fieri per asseuerationem unius partis & negationem alterius.*

82 *Concilia uniuersalia per aduersariorum negationem dubia reddi nequaquam posse.*

83 *Magistratui cùm in pace tum in bello parendum: nisi contra uerbum* Dei *notoria imperet.*

84 *Viam resistendi pro libitu suo magistratui (uti nec fraudibus) non esse referendam.*

85 Declaratio ad Baldum *affirmantem, non esse Cæsari contra conscientiam parendum in authen.* Habita.num.13.C.*ne fili.pro patre.*

86 *Conscientiam suam non lædunt fideles, si quæ dubia sunt in religione, à magistratu iussa faciant.*

87 *Consultorem seu oratorem illum esse impudentem qui aliam, ac lex, ædit uocem,*

88 *Veritatis rationem, non falsas uulgi opiniones omnibus præferendam.*

89 *Bonorum, quæ deus hominibus elargitur, nullum fructum, nullumue rectum usum, absque lege, iure, &* Principe.

90 *Ius quid sit, quid item lex, necnon & princeps.*

91 Hortatio *ad obediendum magistratui certißimis exemplis efficacißima.*

92 Obedire *nolens magistratui nihil etiam aliud boni præstat.*

93 Obedire *principi quemadmodum bonum est maximum ad bona adipiscenda: ita & ad seruandum parta, atque in primis religionem, est necessarium.*

94 *Dyabolus hodie, sicuti olim, nihil magis cupit, quàm expresso dei uerbo suadere mortalibus, ut ab obedientia & unitate* Rom. *ecclesiæ, unicæ* Christi *sponsæ, se*

*se, se deorsum in tartara hæresum mittant.*

95 *Tyranno armata ui defensionis gratia resistere populum iure posse, qui alium neminem, ac Tyrannum, habeat superiorem.*

96 *Populos prius fuisse, quam Reges, Principes, aut Imperatores.*

97 *Primum seu principem illum propriè dici, quem nemo antecedit & aliquis sequitur.*

98 *Vnum, principium numeri, non numerum, esse.*

99 *Reges à populis & gentibus, iure scilicet gentium ac dei permissu, constitutos fuisse.*

100 *Regibus, qui à populo iure gentium suam habent iurisdictionem, abrogari eandem ex caussa legitima, uelut Tyrannidis, per illum ipsum populum, qui nullum alioqui alium agnoscat superiorem, consulto posse.*

101 *Imperatoribus Tyrannis senatum populumque Romanum sæpius & abrogasse imperium, & iusta irrogasse supplicia.*

102 *Tyranno abrogari posse imperium ab eo, cui subsit ipse Tyrannus.*

103 *Vasallum, qui subditos malè tractat, feudo per dominum iustè priuari.*

104 *Tyrannum nemini subditorum priuata auctoritate defensionis caussa occidere permitti: cæterùm illi per iudè ac iusto principi obtemperandum.*

105 *Ius sibi in caussa propria dicere, nemini regulariter concedi.*

106 *Principes bonos, Tyrannidis prætextu, auctoritate*

*tate*

*tate priuata plerunque trucidatos.*

107 Principes utut nefarios, crudeles, atque impios licet non propter se, propter deum tamen, qui eos elegit, esse uenerandos ac metuendos.

108 Principem bonum decere, leges tueri.

109 Inspicere in principe nos conuenit, quod ab eo fieri deberet, non quod iniquè fit.

110 Regum lapsus, pœnam populorum esse.

111 Mala, quæ populis & rebuspublicis accidunt, non malo aut bono principi, sed peccatis solùm populi adscribenda.

112 Peccata populi caussam esse mali principis, siuè spiritualis, siuè sæcularis.

113 Principes malos Deus iratus populo præficit: bonos uerò eripit.

114 Damnum, quod cuique sua culpa accidit, sibi, non alijs, accepto ferendum.

115 Ethnicis philosophis plurima in ciuili hominum uita fuisse honesta & iusta, quæ Christiana pietate sunt reprobata.

116 Inferiorem non posse contra uel præter legem superioris quicquam decernere.

118 Pœnam mortis cur in reos initio statutam Eusebius dixerit.

Dicendum

DICENDVM modò erit de defensiõe, quæ nobis cõtra Magistratum quandoque su-
1 mitur. † Videtur eiuscemodi defensio iniqua & lege minimè permissa. Iniurias à Magistratu patienter ferre, subditos oportet. l. iniuriarum. §. si quis quòd decreto. §. idem Labeo.
2 versic. ergò si quis. ff. de iniur. Nam imago Dei est (Plutarchus inquit) Magistratus siuè princeps cuncta administrantis. Aeschylus propterea existimabat, decere bonum virum, audientem esse magistratui. Quod & ab Eusebio alibi traditum est, sic dicente: Ciuitatis decus custoditur & conseruatur, cùm magistratui reuerentia & honor debitus integri manent. facit l. ij. in. §. post originem. ff. de iusti. & iur. l. sem-
3 per. ff. de iur. immunit. † Quemadmodùm sanè Glossator hoc loco testatur: operæpræcium facturi videmur, si magistratum propter illatam nobis ab eo iniuriam agemus reum iniuriarum in iudicio vel durante eius magistratu, si minor est: vel post functionem magistratus, si ex maiorum ordine sit l. nec magistratibus. ff. de iniuri. l. ij. ff. de in ius vocan. l. pars literarum. ff. de iudic. l. iij. §. sed vim. ff. quod met. caussa. bonus textus in l. quemadmodum. §. magistratus, ff. ad l. aquil. Allubescit glossatoribus hic nostris vlpiani consilium in. l. de pupillo. §.

si quis

*Receptissima est Bartol. sententia à magistratu subditis nõ licere se defendere nisi tñ aliqd fecerit non tanquã magistratus sed quasi extraneus. glo. in. l. nõ videtur. ff. de regulis iur. Castrẽ. & Deci. in l. vt vim. suprà de iust. & iure. & DD. in. c. si quãdo. extra, de offi. deleg. factũ enim à iudice extra iudicium ratũ non est. l. sactum. de regul. iur. Bugnonius.

si quis ipsi prætori.ff. de noui oper. nuntiati. &
tex. in l.iudici ab app.ff. de iniur.l.illud. la pri-
ma.ff.de app.in l.j.ibi,quòquis magistratus po
puli Romani &c.l. iij.ibi,lex autem Iul.ff. ad l.
4 iul. maie. † Quãobrem legislator tradit:sub
ditos necessariò iudici obedire oportere. l.non
videntur.§.qui iuss.ff.de reg.iur. c. Quod quis
mãdato.eod.tit.de reg.iur.lib.vj.l. si quis quasi.
ff.ad syl.Puniũtur etenim,qui contumaces non
obediũt magistratui.l.j. ff.si quis ius dicẽti non
obtemp.l.contumacia.in princ.ff.de re iudic. l.
si quis ex alie.ff.de iud.l.non potest dolo carere.
5 ff.de reg. iur. † Asistit nanque iudici ex ge-
stis eius non solũ bona quædã opinio seu iuris
præsumptio,sed etiã publica cum vtilitate con-
iuncta authoritas: cuius gratia illi est omninò
parendũ,resistendum autem neutiquàm.l.seruo
inuito.§.cùm prætor.ff.ad treb.l.si prætor ius-
serit.in princ.ff.de iudici.l. vltima. §. & licet. C.
ad legẽ iuliã repetun l.vlt.ff.nequid in loco pu-
bli.l.qui restituere. ff.de rei vendicatio. l. ij. ibi,
quod non arbitramur.C. de offici. ciuil. iudi. §.
nos autem. insti. de attili. tuto. c. in præsentia.
extra, de renunci.l.herennius.§. caia. vbi glossa
vltima in fin.ff.de euicti.l.j. ff. de offic. præfect.
prætor.Ideóque cuius crimini datur, quia à iudi
ce capitis damnatum è supplicio per vim eripe
re fuerit admisus.l.addictos.C.de episc. audien.
& l.addictos.C.de appellati. Non leuiora in il-
los sta

los ſtatuuntur, qui vel latrones vel aliјs crimini
bus obnoxios occultarunt, iudicique poſcenti
non obtulerunt, aut inquirenti reſtiterunt. l. ij.
C. de his, qui latro. vel alηs crimi. reos occultar. l.
ſi quis in hoc. verſic. quòd ſi multitudo. C. de
6 epiſ. & cler. † Quocircà conſulunt æquiſsi-
mè leges metuenti violentiam iudicis in appel-
lando, vt vim eius ac ſæuitiam abſq; vlla vi con
traria deuitet, eumque non accedat: ſed libellis
appellatorηs publicè propoſitis ſuam volunta-
tem appellandi teſtetur. l. cùm quidam. ff. de ap-
lati. l. η. ibi, qui verò. C. de his qui propter met. iu
7 di. non appell. † Ad hæc, patri filius eum
verberanti reſiſtere aut vim propulſare prohi-
betur. l. iη. & l. iiij. & l. vltima. C. de patr. poteſt.
l. in ſuis. in fin. ff. de liber. & poſth. & l. vnica. C.
8 de emendati. propin. † Enimuerò Magiſtra-
tus eſt ſubditis loco patris. §. eos autem. in au-
thentic. vt iudic. ſine quoquo ſuffragio. gloſſa
ia. §. interim. in verſic. iudex. in authentic. de de-
fenſorib. ciui. l. ſi quis filium. verſic. ſed nos. C. de
9 inoffic. teſtam. † Vt Chærondes ob id di-
ceret, in principes quoque ſiue magiſtratus no
ſtros veluti in parentes beneuolentia nos affe-
ctos eſſe debere, obedientes ac venerantes ipſos.
& Plato, aliàs Ariſtoxenus adfirmarit: magi-
ſtratus quidem oportere non tantum eſſe pru-
dentes, verumetiam benignos: ſubditos ve-
rò non morigeros tantum, ſed amantes quoq;
magiſtr

magiſtratuum. Ergò quemadmodùm parenti non eſt obſiſtendum:ita nec magiſtratui.

Quæ non ab re ſic cōſtituta videntur. Nam ſi magiſtratui eiusque decretis contrairi poterit;inuenta protinùs tum ratio fuerit, qua audaciſsimus quiſque abiecto pudoris & obedientiæ fræno neminem in ciuitate iniuria non adficiet:eoque nimirum pacto via criminibus patuerit.

10 † Quod vtique ferendum non eſt. l. j. §. ſed et ſi quis. ibi, nam ſi aliter obſeruetur. ff. de carbon. edic. l. cùm lis. ibi, ne circumueniatur oratio &c. ff. de tranſacti. facit textus in l. ait prętor. la prima. in princ. ibi, alioquin &c. ff. de iureiurand. Atqui nec iudici iudex in his etiam, quæ perperàm fiunt, violenter reſiſtet. c. ſi quando. extra, de offic. iud. deleg.

12 † Quarè in foro poli etiam mortaliter peccaret Chriſtianus ſi non obediret magiſtratui: quum ſit dei miniſter & omnis poteſtas, à deo, & qui reſiſteret poteſtati, dei ordinationi reſiſteret, ſecundum Apoſtolum Rom. xiij.

12 † Imò verò, vtrunque mali ipſi ſint magiſtratus, parendum eſt eis nihilominùs patienter. prima Petri Apoſtoli capit. ij. vbi ſic propè legitur: ſerui, ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis &c. facit textus in. c. nulli fas eſt. xix. diſtinct.

* Subditorum nō eſt niſi aduerſus magiſtratus, ſiue boni, ſeu iniq ſint. Nā quæ ſemp eorū obſeqjs parendū eſt: niſi tñ pceptis Chriſti repugnent. Tunc deo magis quā hominibus obedire oportet vt Paulus memorie retulit. P. Bugnonius.

Hæc licet ſolida firmaq; primo intuitu appareant:è contrario tamen quòd quis magiſtratui pro

tui propria auctoritate resistere valeat minimé-
que obedire, plęraq; multa obiici possunt. In pri
mis adducitur tex. in l. prohibitum. & ibi glossa
notat in ver. resistentibus. C. de iure fisci, libro. x.
13 † Vbi officialibus principis, metas sui offi
cij excedentibus priuatos homines quorum in-
terest, etiam armata vi posse resistere, traditur. fa
cit textus in l. defensionis facultas. C. eo. de iur.
fisci. lib. x. in l. deuotum. C. de metatis & epidime
14 ticis. lib. xij. † Sic æquè dicitur, quòd of-
ficiales debent omnibus modis magistratui suo
resistere illicita facienti, contrãque leges quid
præcipienti, atq; adeò nequaquam obedire. A-
lioquin neq; illis neque magistratibus ipsis id so
ret multum. l. quoniam iudices. in fi. C. de appel-
latio. l. omnes. ad fi. C. de decurio. libro decimo.
l. j. §. officium. C. vt omnes iudi. tam ciuil. quam
militar. l. His quidem. versiculo, & qui suscepe-
rint. ibi, scriniis etiam &c. C. qui milit. possunt.
libro xij. §. quoniam verò contingit. in authen.
vt nulli iudic. lege, euidenter. in fine. C. de excu-
15 sati. muner, libro decimo. † Simili modo
videmus filium patri & seruum domino in atro
cibus obtemperare non oportere. l. ad ea quæ
non habent. in princip. ff. de regul. iur. l. seruus
non in omnibus. ff. de acti. & oblig. bona glos-
sa in lege, liber homo. la. ij. in princip. digest. ad
legem aquil. Si autem in huiusmodi atrocibus
obtemperarint, sunt puniendi. l. seruos. C. ad

16 l.iul.de vi publi. † Porrò ea quæ iniusta sunt aut turpia, non posse exequi: velut imposiibilia, credimur.l. filius qui.digest.de conditi.in-
17 sti. † Ideoque nec Magistratui in his parendum.l.si cum dies.§.compromisso.§.sed & si in aliquem.ff. de recep.arbit. & Bartolus in l. hostes.numero.15. in fine,digest. de captiuis ait:
18 † quod si desciscant subditi à Rectore ciuitatis aut prouinciæ, non quidem propter summum principem, sed propter ipsum Rectorem vel Præsidem, qui malè eos tractet, nolintque ei obedire: non propterea illos summi principis hostes iudicandos.

Vel si ea res pressius adhuc examinetur; aduersus magistratum defensionem cuique permissam, quiuis, facilè iudicabit. Etenim defensio instinctu ac stimulo naturali cunctis animantibus est ingenita; vt in præsenti lege constat, necnon & in l.j.§.vim vi.ff. de vi & vi arma.l.j. §. cùm arietes.ff.si quadru.pauper.fecis. dicat.l. itaque. in ij. responso.ff.ad l.aquili. Quamuis lex ciuilis eam scitè moderetur.l. Scientiam.§.qui cùm aliter.ff. ad legem aquil. l.j. C. vnde vi. Verùm magistratus à iure ciuili duntaxat esse videntur. l.ij.§.Post originem. digest. de orig. iur. lege; vnica.in princip.digest.ad l. iul. de ambi. Ergò defensio, quæ iuris est naturalis, non potest extingui per magistratum, qui à iure ciuili proficiscitur.l. quod attinet.in ij. responso. digest.

de re

de regul. iur. §. sed naturalia. Instit. de iure natu-
ral. Aut si nec à iure ciuili suam ducerent origi-
nem magistratus, sed ab ordine naturæ potius:
attamen aduersus illorum vim atque iniuriam
nobis propterea non esset adempta defensio.
19 † Instituti sunt etenim magistratus, vt
subditis seu ciuibus prosint, non vt obsint: vt
iustitiæ sint sacerdotes, non iniuriarum aucto-
res: vt bonum æquumque ament, illicita repro-
bent. l. j. in princip. digest. de iusti. & iur. d. l. ij.
§. post originem iuris. digest. de origin. iur. l. me-
minerint. C. vnde vi. eodem est referendum
illud Eusebij: Principatum gerens, inquit il-
le, ne reminiscaris iniuriarum & dissensio-
num, si quæ tibi prius cum aliquibus inter-
cesserunt. Non enim ad regnandum promo-
tus es, vt te ipsum vlciscereris: verùm vt imperio
tuo subditos etiam ab aliorum insidiis securos
atque tutos custodires: & vt custos esses recti, at-
que magnæ Deæ iusticiæ minister ac interpres.
Ideoq; ad inuenti magistratus pro communi bo-
no, non poterunt iure subditis contra se defen-
sionem adimere: quod malum graue nimis esset,
contrarium instituto eorum, subditis atque ciui
bus perniciosum. l. quòd fauore. C. de legib. l. le-
gata inutiliter. ff. de adim. legat. & d. l. memine-
20 rint. cum similibus. † Ob id nimirum
aiebat Cynus in l. j. in fin. C. vnde vi. id quod &
Paulus Castrensis identidem hic admittit;

*Quorsum instituti magistratus.

* Iusticie sacerdotes ab os dicũtur Iuricõsulti: quia vt sacerdotes sacrorũ & religionũ iterptes sunt vti scribit Cicer. ij. de legi. ita boni & æqui interpretes sunt iuriscõsulti. Anto. Gouia. vir eruditionis admirãdæ vari. le. iur. ci. librio. j. ca. xiiij. Ph. Bugnoni.

*Qualẽ oporteat esse magistratũ Impp. Leo & Anthemius A A. docẽt in l. si quenquã. C. de ep. & cle. Bug.

 etiam

etiam in dubio ( vtrum rectè aut minus faciat iudex ) resisti probè magistratui quandò damnum & iniuria ab eo inferenda, essent irreparabilia: veluti mors aut tortura. Quoniam semel facta, non possunt vlla postmodum ratione reddi infecta, lege, in bello. §. factæ. digest. de capti. notat glossa in lege, si quis prouocatione. C. de appellati. est bonus textus in lege ŋ. digest. de appellati. recipi. Quippè cum serò nimis accusaretur in iudicio magistratus iniurius, qui iam tormenta vel necem alicui dudum intulisset. argumento legis primæ ibi, & quod serum est punire iudicio &c. C. Quando lice. vnicuique sine iudi. se vindi. facit textus in lege, de pupillo. §. si quis riuos. digest. de no. oper. nuncia. Proinde Eusebius non insulse iudicem vel in hoc commonefacit dicens: Morte damnandi potestatem non in eo sitam esse puto, quòd quis dominus sit, sententiam contra aliquem ferendi: sed in hoc quòd qui potestatem habet sibi ipsi imperat. In iudicio certè tali, quod in eiusdem naturæ nobiscum homines fit, nisi maximè circumspectus fuerit iudex, si quid peccatum fuerit, non reuocare nec emendare licet.

21 † Quinimò ( quod & quiddam maius est ) Ludouicus Romanus in lege prima digest. de re iudica. dicebat in proposito, resistendum iudici iniquè agenti quantumuis iniuria & damnum ab eo prominens esset alias recuperabile.

bile. citabat legē primā. in §, offilius. cum lege sequenti. digestis, Ne quis eum, qui in ius
22 vocat.est vi exim. † Et glossa notabilis in capitu.ex literis. in versicul. denuncietis. extra, de offic.iudi.delega.inquit, quòd iudici exequenti sententiam nullam, vi contraria possit meritò resisti.

Vndè multò minùs parendum magistratui erit in his, quæ contra Dei legem imperaret.
23 † Sic veteri lege constat, non obtemperasse Nabuchodonosor regi Babiloniæ Sidrac, Misac, & Abdenago, viros iudæos, qui nulla vi potuerunt adigi, vt auream eius statuam (notissima historia est) aduersus Dei præceptum adorarent. Danielis. iij. Sic denique tandem omnibus præcipit Christus, lux mundi & filius altissimi, Mathei decimo, dum hunc sensum apostolos suos alloquitur dicens: nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timere eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Gentibus ita prædicat Paulus ad Galatas j. inquiens: etiam si nos, aut angelus de cœlo euangelizauerit vobis præterquàm, quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Et rursus in sacris libris legitur: si is, qui præest, prohibet vobis quod à Domino præceptum est, aut imperat, quod dominus prohibet: execrabilis sit omnibus, qui diligunt Deum. capitul. si is qui præest. ij. q. iij.

Laudant ob id quidem plurimum Ambrosius & Augustinus Christianos milites Iuliani Imperatoris, apostatæ iniquissimi & idolatræ: quod vbi iubebantur pro republica producere aciem dicto erant Imperatoris audientes, & arma protinus ferebant in hostes. Quando autem imperabat eis, arma in Christianos sumere: detrectabant Cæsaris imperium: & soli deo non Cæsari obtemperandum existimabant. cap. iulianus. cap. Imperatores. §. Iulianus. secunda q. iij. Hinc Chrisostomus, sæpius Augustinus, Hieronimus, Euticianus papa, Isidorus verbo dei commoniti passim docent: Magistratui seu cuiuis supremæ potestati subditos contra diuina præcepta obedire non debere: quoniam timentes hominem magis quàm Deum, iram Dei in seipsos prouocant. Itaque (inquiunt illi) si bonum est, quod præcipit Imperator, si aduersum sanctis scripturis non sit: iubentis exequere voluntatem: sin verò malum id sit atque illicitum, responde: oportet Deo magis obedire quàm hominibus. capitu. quisquis metu. cap. Nolite timere. cap. qui iustus est, §. idem est quando. capitu. si Dominus ea iubet, & ibi glossa cap. qui resistit potestati. capitul. si is qui præest. ij. quest. iij. Hoc propriè est, quod sensit Federicus germanici nominis Imperator notissimus in authen. habita. ibi, ad obediendum Deo & nobis &c. C. Ne filii. pro patre. Quo loco Bal

co Baldus num. 13. in quinto notabili dicit: inde colligi ex ordine verborum textus, prius Deo quàm Cæsari esse parendum. Idcircò si Cæsar præciperet quod esset contra conscientiam; illi nec in pace nec in bello esse obediendum. Idem Baldus in proœmio digestorum, numero penè. 19. asserit: subditos parere domino debere: nisi sæuè ac tyrannicè in illos dominus vteretur iurisdictione. Magistratui vtique inferiori, etiam iure ciuili non licet quicquam contra superioris legem moliri. lege Normam. C. de offic. præfect. præt. orient. ergò multò minus Imperatori tale quippiã aduersus dei legẽ permissum esse debet. Quare quùm princeps secundum Chæronidem debeat esse patronus & dominus ciuitatis,
24 ac ciuium salutis: † Quin & (Homero teste) iustè subditis præesse tanquam liberis suis mansuetus pater. Etenim Homero non satis fuit, principem simpliciter subditorum patrem appellasse (quamuis haud ferme aliud nomen inter homines benignius inueniri posset) sed ad patris vocabulum adiunxit quoque mansuetum, simul & parentibus & bonis principibus huiusmodi nomenclaturam conuenire ratus (id quod Cæsar ipse identidem fatetur in l. si quis filium, C. de inoffi. testam.) & turpe fuerit (Architas ait) pastorem oues odisse, &
25 pecoribus suis infensum esse. † Cõsequẽs est, vt si secùs erga subditos se gerat, iniusta & con-

tra Dei legem eis imperando: Tyranni labem & nomen incurrat infame. Nam & diuus Augustinus, secundo de ciuite Dei sic scribit: Rex cùm est iniustus, Tyrannus est.

26 † Aristoteles. viij. ethicorum ait: Tyrannus est, qui quod sibi conferens est, intendit: Rex quod est vtile subditorum.* Architas pytagoricus adfirmat: optimum futurum principem, qui nihil sui gratia facit, sed omnia propter subdi-

*Qui regit non qui dominat, est Rex. Ausonius.

27 tos. † Oportet certè, quemadmodùm amussis cùm planè recta & minime peruersa fabricata est, cætera, quibus admouetur & accommodatur, dirigit: similiter quoque principem, vbi primùm didicerit imperare sibi ipsi, & animũ suũ rectè instituerit, & mores habuerit benè compositos, ita demum subditos regere. Non enim cadentis est, currere: aut incompositi, componere: vel parere, nesciȷ imperare. Inde Solon perappositè: Impera, inquit, vbi prius didiceris parere. Regi enim cùm didiceris, scies regere. Et Euripidis sententia fuit: malos à bonis gurbernari

28 oportere, & parere melioribus. † Meritò igitur Princeps tyrannus, exemplo regis Tarquinij, defensionis caussa, poterit de imperio à subditis expelli. Ita voluit Andreas de Ysernia in titul. Quæ sint regalia, in vers. Monetæ, sub initium additionis illic perscriptæ, allegat leg ij. in §. exactis. ff. de orig. iur. est æque bonus locus de decemuiris illis magistratu abrogatis in

tis in. d. l. ij. §. & cùm placuisset. ff. de orig. iur. Imò verò Philosophi existimarunt, ob eam defensionis rationem Tyrannum Principem non solùm regno & ditione extorrem fieri debere: sed & à quouis homine occidi impunè posse. Huius sententiæ Euripides fuisse fertur dum inquit: ego illum, qui in iustitia infamis ad aram assidet, lege neglecta, adducerem ad pœnam dandum, nihil metuens deos. Nam virum malum semper malè affici conuenit. Eadem, sed clarior, fuit Martij Tullij sententia lib. iij. quem de officijs scripsit, hunc fermè in modum loquentis: Nulla est enim societas nobis cùm Tyrannis: sed potius summa distractio est. Neque est cōtra naturam spoliare eum, si possis, quem honestum est necare. Atque hoc omne genus pestiferum atque impium ex hominum communitate exterminare. Etenim vt membra quædam amputantur, si & ipsa sanguine & tanquàm spiritu carere cœperunt, & nocent reliquis partibus corporis: sic ista in figura hominis feritas & immanitas beluæ à communi tanquàm humanitate corporis segreganda est. Et rursus in v. Tuscu lan. sic scribit: Nō esse obstrinxit scelere, si quis Tyrannum occidit, quamuis familiarem. Ad hæc bonus textus in l. minimè maiores. & ibi glossa in versic. occidisset. declarat. ff. de relig. & sump. funer. in l. iij. §. lex autem. ibi, qui maiestatem publicam læserit &c. ff. ad. l. iul. maiesta.

29 † Iahel fœmina, vxor Haber Cinæi (Iudaica est historia) interfecit cæsaream Tyrannum. ob idq; angelus domini benedixit ei. Iudicum cap. iiij. & cap. v. simile quippiã legitur de Aod Iudaicæ gentis viro forti & strenuo: qui regem Eglon Moab Tyrannum cum omnium laude & dei spiritu interemit. Iudicum. capitulo. iij.

30 † Aesopi Phrygij fabula narratur perpulchrè comparantis suem Tyranno. Suem ait, si quis eã tetigerit, clamare: idq; meritò. Nec enim vellera sus habet, neq; lac, nec aliud quicquam præter carnes. Statim igitur somniat mortem, cùm sciat quibus vsibus præstandis vsurpari possit. Sunt autem sui similes Tyranni, qui omnia suspicantur & metuunt. Sciunt enim quòd sicuti sues, ita & ipsi vitam omnibus de-

31 beant. † Itaque diuus Ambrosius scribit: cum interficitur impius, Christus infunditur: & vbi abominatio aboletur, sanctificatio consecratur: quia dixit dominus: in ea die, qua interfecero omne primogenitum Egypti, sanctificabo omne primogenitum Israël. capitu. nec is. versic. illud quoque. xv. q. j. scribit menan-

32 der in Adelphis: † Non omnino conceden dum esse malis, sed resistendum: sin minùs, sursum atq; deorsum vita nostra inopinato tota peruertetur. Et Baldus docet in l. data opera. C. de his, qui accus. non poss. quòd violentia Tyranni eatenus iustè propulsatur, quatenus durat, l.

rat.l.vis eius. C. de probatioñi. l. decernimus. C. de sacrosanctis ecclesiis. Ergò Tyrannus princeps à contumeliis, peruersisq; erga subditos moribus sibi non temperans, non iniuria interemitur. Vt illi iure obiiciatur: Quia excedis Principis terminos, æquo identidem animo feras, si tu excederis à non terminis. argumento.l.lucius Titius.la prima.ff. depositi. pro
33 hac parte contra Tyrannum facit: † quia fidem ille subditis non seruat: vndè nimirum par est, si & subditi fidem non seruent eidem. argumento l.cùm proponas. la secunda.C. de pactis. l.si instituta.in prin.ff.de inoffi.testam.l.si quis
34 maior.C. de transacti. † Et aliàs quis vtcunque priuatæ conditionis homo, potest nihilominùs ex magna caussa iudex sibi esse contra aduersarium: velut quandò copiam iudicis, qui sibi ius reddat, non habet.l.generali.C.de decurion. libro.x.l.si alius.§. Bellissimè. vbi glossa in ver. ex magna. notat per illum textum. ff. quod vi aut clam.l.ait prætor. §. si debitorem meum.ff. de his quæ in fraud. credit. est bona glossa in l. nullus.in versicul. vltionem.C.de iudæis.tradit Bartolus in l.hostes.num.9. ver. item pro recu-
35 peratione. ff. de capti. † Ideoq; Thomas de aquino in libro, quem fecit de regimine principum ad regem Cypri, incipiente, cogitanti mihi &c.c.x. inclinat prorsus in istam partẽ: quòd fidelitati contrarium non sit, Tyranni nequi-

tiæ qualitercunque obuiare. Andreas de Ysernia in titulo, Quæ sint regalia. in versic. & extraordinaria. in illa fuit opinione: vt non liceat subditus hoc Christi seculo occidere Principem Tyrannum quandoquidem Petrus apostolus iubeat, subditos obedire dominis non tantum bonis & modestis, sed etiã dischoIis. Id quod verum ipse authumat, vbi potest superior adiri & Tyrannus in ius trahi. citat textum in. c. alius. xv. q. vj. Habes alterum locum in iure ciuili in l. j. versic. sedet hoc tempore. cum l. sequenti. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Alioquin si superioris copia (ysernia inquit) subditis nulla foret: tum maximè possent in Tyrannum nihil non moliri: quoniam non seruanti fidem &c. l. cùm proponas. la secunda. C. de pact. est melior textus ad hoc in l. ij. §. exactis. ff. de orig. iur. Paris de puteo celebris doctor Neapolitanus in tractatu suo de sindicatu, in versic. an liceat &c. pleraque eiusce modi contra Tyrannos principes argutando congerit: ac denique nihil certi incertus ipse & velut nimis fatigatus in hanc aut illam partem probat. Proinde iã nobis reliquum erit quid in motis quæstionibus singulis sentiamus breui exponere.

Quanquam proposita disputatio videatur duo solùm dubia cõtinere: attamen eam rectius in tres partes principales totam distinguimus. Prima erit generalis: an magistratui sit semper obedien

obediendum. Secunda: an audiendus sit magistratus quid subditis præcipiens contra dei legem. Tertia: nûm quis iure queat violentiam Tyranni principis contraria vi & armis propulsare.

36 Sciendum imprimis est: † magistratuum ordinationem à lege naturæ proficisci. Cernitur idipsum statim in corpore humano: neque enim paris honoris omnia membra in nobis fecit natura. Sed hoc quidem infirmius, istud verò excellentius: Illud eminentius: cætera autem illi subiecta. l. vulneris magnitudo, ibi, veluti oculo &c. ff. de iniur. §. atrox. ver. nõnunquàm. Inst. eod. de iniur. l. si quis in metallum. C. de pœnis. Extra corpus nostrum idem in coniugibus, reliquisq; hominum ordinibus videre est. vxor est viro inferior, & virilis sexus muliebri dignior. l. j. ff. de senatoribus. filius patri obediens iuuenis seni: discipulus præceptori. l. veluti. supra hoc eod. tit. l. semper. ff. de iure immunit. l. ij. §. primus diuus Augustus. versic. huic necam plæ. ff. de orig. iur. Idem in brutis conspicitur: Apes principem vnum in singulo quoque earum examine habent: Grues principem suam ordine literato sequuntur. c. in apibus. vij. q. j. imò id iuris quoque natura seruat in rebus inanimatis, vt pars inferior superiori seruiat. l. j. §. denique. versic. si tamen lex. §. sed etsi vicinus. §. item sciẽdum. el primo. ff. de aqua plu. arcen.

scripsi

scripsi alias copiosè in repetitione.l.ij.num.160.
37 C.de pact.inter emp.& ven. † Merito Apostolus ad Romanos.xiij. ita scribit: omnis potestas à deo est. † Proindè magistratui obediendum, non resistendū. Alioquin dei ordinationi quis resisteret, secundū Apostolum ibidē.
38
Et est bonus textus de hoc in l.j.ff. si quis ius dicenti non obtem.in l.iniuriar.§.si quis quod decreto.ff. de iniur. l. non videntur. §. qui iussu.l. non potest dolo carere.ff.de reg.iur.cum similibus anteriore loco affatim notatis.

39 Quód est nihilominus verùm, † etiam si dubium esset, vtrùm illius præcepta iusta aut minùs forent: & dubium quoque esset, verum id, quod ageret, ad suam iurisdictionem vel officium spectaret. l. si quis ex aliena, vbi glossa ff.de iudici. l. de iure. in princip. in secundo responso.ff.ad municipal.l. herēnius. §. Caia. vbi glossa vltima in fin. tradit.ff. de euicti. sic nanque Glossator declarat in d.l. non videntur. §. qui iussu.ff.de regul.iur. Dynus quóque in. c. quod quis mandato.& in c.ea quæ fiunt. de reg. iur. libro sexto. idem voluit Salycetus in l. j. in fi.C. vndè vi. glossa in. c. qui iustus.ij. q.iij. ad hæc. videas, quæ anteriore loco scripsi in versic. assistit nanque iudici. Est bonus textus in l.pen. ver. prætor quoque: iuncta glossa in versic. cùm inique. infra hoc eodem titulo, de iustitia & iure.
40 † Simili quoque modo regulæ fore lo-

cum existimabis, etsi damnum irrecuperabile esset: tunc æquè in casu dubio parendum est iudici patienter: néque aliud subditis quàm appellatio, si tempora largiantur, est permissa: resistentia autem violenta nequaquam. l. non tantùm. ff de appellati. l. additos. C. eod. l. addictos.
41 C. de episcop. audien. † Obtemperandum adhuc magistratui erit, si quid in officio & iurisdictione sua agat iniquè contra leges, de quo tamen expreßsim seu notoriè non constet: sola enim defensio per appellationem tum est concessa. Id fuit Scæuolæ decretum in l. ij. ibi, si contra leges iudex &c. iuncta glossa. ff. de appellat. recipien. Sic itidem arbitratur Glossator, quem Bartolus hic & doctores communibus suffragiis sequuntur, in. d. l. non videntur. §. qui iussu. ff. de reg. iur. quamuis inibi aliis legibus & rationibus optimis nitatur. Eadem fuit Modestini Calistratique sententia in. l. præses. vbi & glossa in versi. constitutiones. Benè declarat. ff. de re
42 iudic. l. cùm prolatis. eod. titulo. † Illorum itaque operum, quæ imperatā detrectare non licet, ipso agendi modo & tempore, aptáque persuasione apparentem molestiā leuare oportet: tametsi aliqua sint, ad quæ (Aristotele teste) nemo cogi poßsit, etiam si Tantali lapis alicui impendeat.

Ab ista generali regula excipitur præceptum iudicis, quod manifestè seu notoriè cōtra legem

43 legem esset. † Tum iudici non parebitur impunè. Exempli gratia: lege cautum est, ne iudex extra suum territorium existens ius dicat: item nè supra suam iurisdictionem, velut ne de maiore summa, quàm ei concessa iurisdictio patitur, iudicet: aut ne contra legem superioris quid præcipiat. ergò si contra huiusmodi legis decreta fecerit: ei non est obediendum. l. duumuirum. C. de decurioni. lib. x. l. factum à iudice. ff. de reg. iur. l. vnica. ibi, nec præcepto cognitorem datum patientiam accommodare cēsemus &c. C. qui pro sua iurisdict. iudic. dar. dariue. pos. l. vlti. ff. de offi. præfect. vrb. l. extra territorium. l. si idem cum eodem. per totam. ff. de iurisdict. om. iudic. §. & iudicare. in authen. de defensorib. ciuit. l. normam. C. de offic. præfect. pretor. orient. c. ea quæ fiunt. de reg. iur. lib. vj. habes bonam glossam, cui scribentes communiter accedunt. in d. l. non videntur. §. qui iussu. ff. de reg. iur. Alteram glossam in l. penult. in versic. cùm iniquè. infra, hoc eod. tit. de iusti. & iur. est adhuc tertia glossa in c. qui iustus. in ver. æquitatem. ij. q. iij. huic conclusioni subscribunt sese Abbas in. c. si quando. extra, de offi. iudi. deleg. Paulus Castrensis hic, nu. 6. Iason num. 19. De-
44 cius num. 26. in tertia conclusione. † Quippè transgrediens notoriè officium suum iudex, agit velut priuatus aliquis. l. nec magistratibus ibi, vel quasi priuatus. ff. de iniuri. est bonus te-

xtus

xtus in simili in l. Qui fundum. §. si tutor. ff. pro emptore. Ideoque obedientia, alioquin ei debita, tunc haudquaquam iniuria subtrahitur, per prædicta. Huc pertinet similis textus in l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniur.

At qui in propositis terminis iudex, si via-
45 geret contra subditorum aliquem: † vi vtique contraria eam ob caussam posset iustè prohiberi; quoniam vt dixi, aduersus legis præscriptum ceu priuatus expresśim faceret. Ita sanè procedit dispositio. l. prohibitum. C. de iure fisci. libro decimo. Quo loco Baldus ait: nota quandò factum officialis non vellatur præsumptione iustitiæ, quòd ei potest de facto resisti: est consimilis textus in lege, deuotum. C. de metatis & epidimeticis, libro duodecimo, cum similibus pro hac parte pridem deductis. sic docet quoque glossa in capi. ex literis. in versicul. denuncietis, extra, de offic. iudic. deleg. Et faciunt in specie ea, quæ paulò ante tradidi in versicul. Vel si secundum ethnicos &c. vsque ad versi. ob id nimirum aiebat Cynus.

Dicitur prætereà quoque magistratus præceptum expresśim seu notoriè contra legem esse:
46 † vbi in iudicialibus actis id continetur: sicque probatione nulla indiget. Innocēti. in c. ex insinuatione, extra, de appellati. Bona glossa in c. cùm olim. in ver. non quę iudici. & ibi Abbas

m extra

extra,de verb.signifi.Bal.in auth.sed hæc.col.v. C.de vsur. Angel. in l.ij.ad fi. C. de temp. appellat. Anto.de butrio in ca. vlt. in vj. notabili per illum textum extra,de temporib. ordinat.Ideò
47 quę alibi legitur: † notorium illud censeri,quod ex facti euidentia, quæ tergiuersatione aliqua celari non posit, depræhenditur. c. vlt. extra,de cohabit.cleric,& mulier.c.vestra. eod. tit. Quibus nimirum casibus magistratui haud iniquè non paretur.l.ij.ibi,& minorem.xxiiij.annis testamentum facere.C.quando prouoca.non est necesse,l.j.in prin.& in versi. sed si prætor.ff. de feriis.l.vnica.C.si quacunque prædit.potest.l. j.§. Item cùm contra sacras. ff.quæ sentent. sine appell.rescindan.

Proindè obuium cuiq; esse potest:nō aduersari sententiæ nostræ,quæ dudum vtrinq; priore loco in mediū fuerunt allata.Parēdum est quippè magistratui(vt diximus)regulariter,necnon & in casu dubio,& quando ea nobis iubet,quæ tametsi per se iniqua tacitè sint,supra tamē iurisdictionem eius vel officium notoriè non sunt. Enimuerò vbi iniuriā nobis notoriè facit, obedire illi subditos lex non cogit,quemadmodum
48 audistis.† Nec obstat Cyni dictum in l.j. in fi.C.vnde vi,& Pauli Castren.hic nempè asseuerantiū quòd in dubio resisti posit Magistratui,quādo imminet dānū irrecuperabile. Splendidè falsa esse dignoscitur Cyni atq; Castrensis

opinio

opinio ex textu in d.l.addictos.C.de episc.audi. Et contra Iynū atq; alios vrget glossa cū similibus in d.c.qui iustus.in ver.æquitatē.ij.q.iij.quę simpliciter decidit,obediendum iudici in dubio. Dein sic aduersus Cynū & Castren.argumētor. In dubiis caussis præsumptio est pro iudice,vt rectè agat. l.ij.ibi,quod nō arbitramur.C.de off. ciui.iudi.§.nos autē.Insti.de attili.tuto.Bal. in l. tutores.C.de confirm.tuto.c.in præsentia.extra de renunciati.l.j.versi. credidit enim. ff. de offic. præfec.prætor. Atq; tunc publicæ vtilitatis gratia parendum est omnino illi. l. seruo inuito. §. cùm prætor.ff.ad trebell. Id quod antea annotauimus copiose in ver. Assistit nanq; iudici &c. Igitur Castrensis cum Cyno ea de re iudicium perperam tulit:siquidem non secus magistratui obediendū sit,quū dubitatur nùm iustè vel iniquè agat,quàm si certum esset, illum iusta præcipere.Simili modo quod voluit ex sententia Cyni Abbas in c.si quando.extra,de offic.iudi. deleg.& hic Decius num.25.in ij.conclusione probat;non firmiore iuris aut æquitatis vinculo
49 constat. † Vtcunque enim damnum sit irreparabile (dūmodo magistratus nihil supra iurisdictionē suam notoriè faciat) iudici obtemperandum est. d. l. Addictos. C. de episcop. audient.cum similibus pridem memoratis,& glossa,quam Decius citat in c. hi qui.in versicu. iniuste. xiiij. q. vj. falsam Doctorum opinionem

m 2 nihil

50 nihilomagis iuuat. † Gloſſator ſanè illic
loquitur, quandò eccleſia ſcit aliquem iniuſtè
damnatum ad mortem: & ſic manifeſtè ſeu no-
toriè liquebat, iudicem iniq; illũ iudicaſſe. Nan
que eccleſia pro multitudine fidelium accipitur
iuxta illud Mathei. xviij. quòd ſi nõ audierit eos
dic eccleſiæ &c. tunc haud iniuria è faucibus or-
ci eripit innocentem eccleſia, aut quique alius &
iudici reſiſtit, ſicuti nos loco ſuperiore ſcripſi-
51 mus. † Eodem ſenſu habendum eſt, mea
quidem ſententia, dictum illud Salomonis: eri-
pe eum, qui ducitur ad mortem, in c. non in feren
da. xxiij. q. iij. patet vtiq; in ſingulis verbis eius
capituli, Salomonem intellexiſſe de illo, quem
pati iniuriam certum atque indubitatum erat.

Neque moueor Romani iaculo in l. j. digeſt.
de re iudic. adfirmantis, reſiſtendum eſſe iudi-
ci iniquè agenti, licet damnum alioqui eſſet recu
perabile. Inanis quippè eſt illius deciſio quæ nul
la ratione (niſi iniuſtitia notoria eſſet) nullouè
iure conſiſtit, vti ex prædictis abundè liquet.
52 † Prætereà leges quas Romanus pro ſe
allegat, contra ipſum facilè retorquentur. Por-
rò inquit Iuriſconſultus in dicta l. ij. digeſtis,
Ne quis eum, qui in ius vocat. eſt vi exim. quod
is qui vi exemit parentem vel patronum in ius
vocatos, qui vocari non poterant, contra edi-
ctum æque fecit, ac ille filius vel libertus, qui
in ius vocauerat illos ſine venia; & ſtatim
ſubiun

ſubiungit, eum qui vocauit; & eum qui vi exemit, in ſimili delicto ambos eſſe. En ergò, deliquit ille, qui per vim exemit in ius iniquè vocatum, quamuis ob alias ſingulares cauſſas illo tantùm caſu non puniatur. Ità quoque expreſsim docet gloſſa in lege prima, in verſi. non deliquit. eodem titulo, Ne quis eum, qui in ius vocat. eſt vi exim. Cur autem non puniatur talis vi eximens in ius iniquè vocatum, ratio expreſſa eſt inibi in prædicta. l. ij. eiuſdem tituli.

53 † Quoniam cùm vterq; contra edictum fecerit, & libertus, qui patronum vocauit, & is qui patronum vi exemit: deteriore tamen loco libertus habetur, qui in ſimili delicto petitoris ſeu actoris partes ſuſtinet: iuxta textum in lege, fauorabiliores, digeſt. de regul. iur. in l. Arrianus. ff. de actio. & obliga. Eſt bonus textus in l. vbi autem. in l. ſi ob turpem cauſſam. verſi. porrò. ff. de condict. ob turpem cauſſam. Itaque in illo textu clara eſt contra Romanum deciſio: vt qui magiſtratui iniquè aliquid agenti reſiſtit, delinquere nihilominus dicatur.

Quod Decius identidem hic numero 27. in quarta concluſione ex Innocentio, Abbate,
54 Baldo, ac cæteris profitetur: † poſt interpoſitam prouocationem reſiſti poſſe iudici & ſi iniuria, quæ infertur ab eo, non ſit alias notoria: neq; prorſus refello, neq; omnino recipio: videtur plane repugnare Vlpiani locus, quem

Doctores non allegarunt, in l.lege iulia.la.j. ff. ad l.iul.de vi pub.vbi cauetur, si post prouocationem iudex ciuem Romanum necauerit, verberauerit, au torserit, lege illa Iulia de vi publica eum teneri. Quòd autem eidem auctoritate priuata possit resisti ( sicut in aliis legibus defensionem alioqui permittentibus) lege nec illa nec alia est cōpræhensum. Nunc ad sequens dubium nostra disputatio transferenda est.

Quæstionem hanc de obediendo magistratui vel non obediendo in caussa religionis, & si vix nostra ætate in hanc aut illam partem absque multorum offensione tractari possit: attamen quùm aliis passim detur, & falsa dicere, & quicquid libet, plebi virisque principibus in illo religionis negotio non sine pernicioso Reipublicæ motu suggerere: mihi vicissim interpretari male debebit nemò, si quod ea de re ex præscripto cùm diuinæ tùm humanæ legis sentio, apud omnes ex vsu piorum omnium libere profitebor. Spe equidem vos olim tandem Germani prudenter agnituros, Zoannetum rem plane seriam aduersus impia quorundam dogmata & piè & amanter omnibus prædicasse. Ad institutum redeo.

Recensuimus nuper plures locos, quibus non oportere subditos contra legem Dei, Magistratuum dicto audientes esse, demonstrauimus.

55 † Quæ conclusio omnibus modis amplexanda

xanda erit, quùm magistratus, quod sit euidēter, notoriè seu manifestè cōtra voluntatē Dei, impe rat: non alias, sic Isidorus ait in ca. si is qui præest. ver. item is. ij. q. iij. inquiens: qui præest, si præter voluntatem vel præter quod in sanctis scripturis euidenter præcipitur, vel dicit aliquid vel im perat: tanquàm falsus testis Dei aut sacrilegus habeatur. Eadem plane fuit diui Augustini decisio in c. quid culpatur. sub finem, xxiij. q. j. asseuerantis, quòd si iubeat Imperator quæ contra Dei præceptum certò non sunt, vel verū sint, cer tum non sit: parendum esse magistratui velut po testati à Deo constitutæ. Quamobrem ex verbis Augustini colligimus, Cæsari non parendum quando aliquid, quod certò pugnaret cum verbo Dei, iuberet. Huc est referenda sancta Iudæo rum inobedientia Sidrac, Misac, & Abdenago, nolētium aduersus notissimum & indubitatum Dei præceptum, per Mosen & alios magistratus palàm sæpenumerò insinuatum, Deos alienos colere, & genua coram falsis diis flectere, Danielis. iij.

56 † Nec aliter sacrosancta iussio saluatoris nostri apud Matheum cap. x. intelligenda erit, dicentis: nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehēnam &c. Nam quùm alias semper verbo & exēplo suo hortetur ad obe

diendum Magistratui homines Christus in his, quæ notorie contra Deum non sunt, velut in sol uendo tributo, atque id genus aliis præstandis Cæsari obsequiis cõsequens est, eo vicissim loco dehortatum fuisse homines ab obedientia, in his scilicet, quæ cõtra Deum notorie essent. Id quod inibi etiam perspicue est videre: dum Apostolis suis præcipit: vt quę audierũt ab eo in aure, præ dicent super tectis. Quasi dixerit illic Christus: oportet verbum Dei notum fieri hominibus & plane manifestum: quo nullã dein habeant trãsgressionis eius excusationem: iuxta illud Ioãnis xv. quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Et paulo post, si nõ venissem & locutus fuissem eis, peccatũ non haberẽt. Et rursus, si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt & oderunt &c. Proinde in confesso est, ex præscripto Christi, non esse obtemperandum magistratui, imperãti quid notorie seu manifeste contra Dei legem. Idem Apostoli est sensus ad Galatas primo. Quoniam ipse semel notum publice fecerat in ecclesia euangelium Dei: iubet non esse illos posthac audiendos, qui contra illud euangelium, palam in ecclesia antea prædicatum & notum ac manifestum gentibus factum, temere docerent. Ad eandem normam habendas traditiones Ambrosii, Chrisostomi, Hieronimi, Augustini, Isidori superius memo-

ratas

ratas ex his quoque dubium non est. Benè his congruit Caij nostri responsum in l. si verò pro condemnato.§.qui pro rei qualitate.ibi, euidentissimè locupletem &c.ff. qui satisd. cogantur. l.si hi qui.ibi, manifesta fide atque indicijs euidentibus.C.ad l.iul.de adulter. l. hęc stipulatio. §.diuus.ibi,quoties euidens est,vt certum sit nullo modo &c.ff.vt legat.nom.caueat.Diui Ambrosij Apostoliciꝫ Pauli sententiæ penitus conueniunt in. c. manifesta. c. quæ Lotharius. c. de manifesta.ij.q.j.

57 † Eò igitur summam eiuscemodi quæstionis rectè perducemus: vt quæ haud dubiè contra legem dei sunt,si magistratus nobis imperet,facere non debeamus. quæ vero vtrū sint contra dei præceptum,certo non constat,à magistratu si imperata fuerint, facienda sint. d. c. quid culpatur,ad fin.xxiij.q.j.cū similibus priore loco annotatis.Quemadmodùm enim in prȩcedenti quæstione ostendimus, æquè obediendum est magistratui,propter bonam de illo conceptam in legibus passim opinionem,imperanti ea,de quibus,an non iusta sint,dubium est:ac manifestè iusta iubenti, secundum glossam receptissimam in.c. qui iustus est,in versic. æquitatem.ij.q.iij.

58 † Vndè si imperator aut alius quiꝫ magistratus iuberet,te illa obseruare & facere, quæ per commune decretum ecclesiæ & patrum sen

tentiam in legitimis vniuersalibus Synodis vel à lege Dei aliena esse declarata sunt, vel aliàs communibus suffragijs in religionis cultu sunt sancita: imperantis volũtati minimè obsequendum foret. Porrò notoriè is tunc imperaret aut contra Dei, aut contra manifestã Reipublicæ Christianæ legẽ, ac proindè minimè facien-
59 da iuberet: † quandoquidẽ per iudicialem sententiam (multoq; adeò magis communi decreto Reipublicæ fidelium latam) res semel iudicata, fiat notoria, certa, cunctis aperta, atq; manifesta. l. leges vt generales. C. de legib. l. regula est. ff. de iur. & fact. ignor. l. si verò pro condemnato. §. qui pro rei qualitate. ibi, approbatum fideiussorẽ &c. ff. qui satis. cogãt. c. vlt. extra, de cohabit. clerico. & mulier. c. vestra. eod. tit. gl. in. c. j. in ver. manifestos. de vsur. lib. vj. Eadem fuit Diuorum Pauli atq; Augustini cõtestatio in. c. multi corriguntur. per totum & ibi etiã Glossa-
60 tor in ver. nominatur. declarat. ij. q. j. † Ratio huius est: quoniam res iudicata pro verita-
61 te accipitur. l. ingenuũ. ff. de stat. hom. † Maximè si præsentibus partibus sentẽtia lata fuit: quia ius vniuersale ac notoriũ in omnes etiam alios indè exoritur. l. qui repudiantis. §. cùm contra testamentum. ff. de inoffic. testam.

Occines tum fortè mihi: nullam fuisse Pontifici Romano, reliquisq; episcopis de huiusmodi religionis rebus statuẽdi potestatem: aut certè si fuit

tè, si fuit, ex claris tamen sacræ scripturæ verbis aliud, quàm Reipublicę Christianę decreta seu concilia decernunt, perspicuè colligi: aliud verba Christi expresśim præ se ferre; diuersum in sanctis biblijs non obscurè contineri. Ideoq; legi diuinę ac euangelio magis, quàm hominum constitutionibus, secundū ea, quę nuper docui-
62 mus, parendum. † Responderim ipse, obiectas exceptiones (si modò legibus hominē viuendum cōcedis, & à brutis hoc in primis nomine distare non abnuis) notoriè & euidenter falsas esse vtq; calumniosas. Si enim Reipublicæ Christianæ Principes non solùm spiritales, sed & sæculares, cōmunicatis sæpius consilijs, contra aut pręter huiusmodi exceptiones in sacris vniuersalibus Synodis ante sæcula etiā aliquot pręsentibus tum aduersariis iudicarūt: quomodò exceptiones istæ possunt non esse omni ex parte cunctis gentibus palàm friuolæ, atq; iniustæ, per prædicta? Cæterùm: exceptiones singulas accuratiùs summatim expendamus: ac de authoritate conciliorum imprimis dicamus.

Quid porrò prohibet, quominùs legitimis concilijs plenisśimam tribuamus fidem atq; au-
63 ctoritatem? † Si enim quodcunque collegium approbatum potest in his, quę ad ipsum collegium pertinent, valida condere statuta: si episcopis singulis in eorum dioecesibus ius est: municipales facere leges, secundum Bar. in specie & doctores communiter in l. omnes populi.

num.6. & num.8. infra hoc præsenti titulo, de iust. & iur. faciunt tradita per eundē Bartolum in l. certi condictio. in princip. num. iiij. ff. si cer. petat. cur non erit eadem potestas omnibus simul episcopis statuendi in vniuerso? Etenim quemadmodùm virtus vnita magis operatur, authen. itaq;. C. commun. de successio. l. re coniuncti. versic. præfertur. ff. de legat. iij. c. j. extra de treug. & pace. & idē ius esse debet vniuerso respectu vniuersi, quod est de parte, respectu partis. l. quæ de tota. in princ. ff. de rei vendicat. necesse identidem est, vniuersalia patrum concilia solidas in vniuersa ecclesia firmásque esse leges.
64 † Prętereà omnia concilia, quæ ab ascensione saluatoris nostri Iesu Christi vsque ad annos plus minus quadraginta proximè exactos, ab episcopis alijsq; ecclesiæ ordinibus ritè celebrata fuerunt, vel lege ad id lata nominatim sunt approbata. l. j. l. nemo clericus. C. de summa trinit. & fid. Catholi. & in epistola Cæsaris iustiniani. Nos reddentes. versic. suscipimus autem. eod. tit. & in authen. de ecclesiast. tit. in princ. vel tacito Reipublicæ Christianæ consensu longissima obseruatione sunt recepta: meritò vim firmissimæ legis generalis eadem obtinent. l. de quibus. versic. inueterata. ff. de legib.
65 † Quippè differens eo in loco iurisconsultus de authoritate legis scriptæ & legis non scriptæ decidit, vtranque paris esse potestatis sic inquiens

quiens: nam quùm ipsæ leges nulla ex alia caussa nos teneant, quàm quòd iudicio populi receptæ sunt, meritò & ea, quę sine vllo scripto populus probauit, tenebunt omnes. Eadem planè fuit Hermogenis sententia in l. sed ea quæ, eod. tit. Eadem, inquam, est & Calistrati definitio in l. imò magnæ authoritatis, eod. tit. asseuerantis: illud magnę authoritatis esse, quod ita est probatum, vt non fuerit necessę scripto comprę hēdere, est bonus textus in l. ius ciuile. §. hoc igitur, infra hoc præsenti tit. igitur patrum concilia siuè per legē scriptam sint peculiariter comprobata, siuè tacito populi Christiani consensu absq; vlla scripta lege sint confirmata atq; obseruata, robur generalis legis efficacissimum perindè obtinebunt.

Cæterùm, si mauis, finge eiuscemodi concilia neque per legem scriptam, neq; per tacitum populi consensum esse approbata, sicuti sunt: 66 † nihilominùs tamen eandem leges alioquin validissimæ erunt religionis, quas cuncti Christiani iure tenebūtur seruare. Ligandi nánque & soluendi, in ecclesia præsertim, potestatem apostolis suis (maximè verò apostolorum principi Petro, eiusq; successoribus) tradidit Christus: quam potestatem, iurisdictionem magistratumuè in apostolorum successoribus episcopis vniuersa etiam Respublica Christiana longissimo vsu semper probauit: ob idq; nimirùm

rùm Regibus atq; Imperatoribus(quod vel officio piorum Christianorumq; Principum minimè fungerentur)omnis dignitas cum magistratu in istis patrum concilijs(historici passim tradunt)nonnunquàm est abrogata: summis Pontificibus Romanis,ac alijs deniq; episcopis, qui vel aliundè,quàm per ostium,introgressi erant, vel ab officioso nimis aberrauerant suo,pastoralis cura plærunque adempta,pœnitentia iniuncta factiosi hæretici damnati: & alia plura in religionis negotio sunt constituta. Ergò concilia per se (tametsi aliàs vniuersæ Reipublicæ Christianæ consensu non probarentur, quemadmodum iam diu sunt penitus proba-
67 ta)legis vigorē nihilominùs haberēt.† Quid quęso, aliud sunt patrum concilia, quàm commune de religione pręceptum? virorum prudentium consultum? Delictorum, quæ spontè vel ignorantia contrahuntur,cohertio? communis denique Reipublicę sponsio? Quid, inquam, aliud sunt concilia, quàm Dei optimi maximi inuentum, & regula præceptrix faciendorum, prohibitrix autem non faciendorum? Si itaque diffinitio legis & conciliorum est eadem: cur non & eadem conciliorum erit authoritas, quę & legis? argum. l. si idem. C. de codicill. vt omnes sicuti legi, ita & concilijs (si non etiam magis) parêre teneantur? l. prima l. ij. ff. de legibus.

Sed ob

Sed obiectas, vt anteà dicebam, obedien-
dum deo magis, quàm conſtitutionibus homi
num. Quid, obſecro, ex vobis audio, Germani?
nunquid vni ſeditioſo homini, obedire legi &
magiſtratibus detrectanti, eamq; ob cauſſam
iuſtas legum pœnas ſubituro, iudicium de va-
liditate ipſarum legum, deque authoritate ma-
68 giſtratuum tribuendum putatis? † Ego
equidem reor, non magis cuiquàm legitima pa
trum concilia adlatranti credendum: ac prode-
re patriam volenti, ſi dicat, legem Iuliam maie-
ſtatis nihili faciendam, adeóque non eſſe ſeruan
dam. A quo enim ſunt inter deum & concilia,
ſeu conciliorum latores epiſcopos, homines qui
dam ſingulares, iudices conſtituti? Licebit hac
ratione nimirùm cuique facinoroſo, & ſuper-
ba ceruice audaciſsimo, cum legis latæ, tum ma
giſtratuum infringere poteſtatem: quoniam
ſcilicet deo eſt magis, quàm hominibus obe-
diendum. Nunquàm hoc pacto aliquid in
ſpiritualibus, aut in his, quæ ciuilia ſunt, erit
viris mortalibus quod ſequantur, ſolidum, con-
69 ſtans, certum. † Hæ innouationes, præter
commune iudiciũ, maximã (Hippodamus Py-
thagoreus in libro de republica ait) hominibus
adferre infœlicitatem. Illius autem verba,
quòd relatu digniſsima ſint, huc tranſcribere
non piguit. Non mediocrem ſed maximam
infœlicitatem hominum animis ſophiſtarum
differta

Pomponio: prima, quoniam parum est, ius esse in ciuitate, nisi sint, qui iura reddere possint: altera, quia per eos, qui iuri dicundo præsunt, effectus rei accipitur. l. ij. §. post originem iuris. ff. de orig. iu. Ita apud Græcos, quibus Solon & Draco leges longè certissimas tulerunt, magistratus, qui earum ministri essent, sunt ordinati: à quibus & Socrates capitali pœna est damnatus. Imò & barbaræ gentes ( velut turcica lues ) idem planè obseruant: vt datis legibus præficiant magistratus, qui ius dicant.

72. † Parùm sanè fuerit ( Iurisconsultus ait) iura esse in ciuitate: si desint magistratus, qui ea populo reddant: si cuique improbo leges interpretari licebit: si leges iudicabunt, & non magistratus: si quisque popularium ex legibus magistratum, non autem magistratus populares, iudicabit, omnia ( voluit dicere Iurisconsultus ) erunt perturbata in ciuitate: sursum deorsum cuncta agentur: ciuitas sine legibus illa erit dicenda: quoniàm nullus tum earum legum effectus, nullus vsus bonus erit.

73 † Neque aliam rationem aut ordinem ab hoc in lege diuina præstitutum à Deo opt. Max. cernimus. Etenim vtcunque leges expressas, claras, apertas, indubitatas, Iudaico populo tulisset Deus: nihilo secius tamen per Moysen, Iosue, Iudam, Saulē, Dauidē, atq; alios id genus magi-

74 stratus iura populo suo reddi voluit. † Qui

ergò vel in vita ciuili & politica, vel in religione
vult solis niti legibus. prætermisso aut spreto ma
gistratu: is impudēter vtrobique plusquā mani-
75 festā seditionē molitur. † Iura quippe siue
ex scripto, siue ex non scripto cōstent, auctorita
tē suā à cōditoribus (hoc est, à summo magistra
tu) accipiunt, non illa magistratui eandem æque
conferunt. l. si quando. in prin. ibi, Romanum
principem, qui iura tuetur &c. C. de inoffi. testa.
l. de quibus. §. inueterata. ff. de legib. d. l. ij. §. post
originem. ff. de origi. iur. l. Normam. C. de offic.
præfec. prætor. orient. facit textus in §. prætorum.
ibi, quòd qui honores gerunt magistratus
auctoritatem huic iuri dederunt. Insti. de iur. na-
tur. Quāobrem scimus, quòd & priusquam illa
quatuor euāgelia essent conscripta, erat in eccle-
sia nihilominus euāgeliū, omnísque ecclesiæ po-
testas ac iurisdictio in ore & corde fidelium.
76 † Neque propter euangeliorū scripturā ea-
dem potestas ecclesię est adēpta: imò verò quum
eadē sic ex scripta fidem auctoritatēue ab eccle-
sia sumpserint suā, atq; etiamnùm retineāt (illis
etenim, propter ecclesię approbationē creditur)
77 consequēs est necessarium: † vt ecclesia au-
ctoritate & dignitate euangelia scripta præstet:
78 simulq; † sint ac dici debeāt, euangelia Chri
sti ecclesiæ. l. j. §. omnia enim nostra meritò faci-
mus. C. de vete. iur. enucl. l. ius ciuile. vers. itaq; cū
aliquid addimus &c. ff. hoc eo. tit. de iust. & iur.
non

non autē ē contra possumus ecclesiā euangeliorum nominare: sed ecclesiā Christi & sponsam.
79 † Hęc ideo cōmemoro, quo intelligamus quēadmodū magistratus aūctoritas maior est legis potestate, & vbi lex deficit, magistratus potest supplere. l. j. C. de legib. l. j. ff. de iur. deli. l. j. de iurisd. om. iud. l. ius autē ciuile. §. ius prætoriū. j. hoc eo. tit. ita planè ecclesiā multò latius, quàm
80 euangelij scripturā, patere. † Inde nimirū perspicuè cognoscere licet: ecclesiā non sic euangelij scripturæ obnoxiā alligatamq; esse, vt non posit illud interpretari, & in casibus euangelij scriptura non comprǽhensis, pro Reipublicæ Christianæ vsu, spiritus sancti ore statuere.

Sed fingamus (si ita libet) exceptiones, illas, de expresśis euāgelij atq; scripturę verbis, nō ita notoriè, falsas esse, sicuti sunt: attamen opiniones contra catholicam Romanam ecclesiam de religione enatas non nisi dubias valdeq; ambiguas esse, vel nolens quisq; sani capitis fatebitur.
81 † Etenim res dubia fit (vt interim taceam infinitam propemodum multitudinem huiusmodi exceptiones opponētium, qui verba Christi, inter sese de multis acerrimè pugnantes, modò in hunc, modò in illum rapiunt, imò fœdè distrahunt sensum (per asseuerationem vnius partis & negationē alterius. l. si quis in libertatem. C. quib. ad liber. proclam. nō licet. l. post rē iudicatam. ff. de transact. Idcirco tunc in illis casibus

dubiis religionis ( Augústino teste ) parendum modestè magistratui erit, d.c. quid culpatur. ad si, ibi, vel non esse contra Dei præceptum, certũ est: vel vtrum sit, certum non est. xxiij. q. j. & gl. in c. qui iustus est. in versi. æquitatem. ij. q. iij. Id quod superius abundè explicui.

Hoc tamen postremò scripsi pro maiori luce
82 tractatæ quęstionis: † non vt quę in cõciliis vniuersalibus legitimè statuta ac palàm cõmuni patrum cõsensu sunt definita, * quęq; pro verita te habẽtur, possint vlla ratione per negationem aduersæ partis dubia redd[illegible] secundũ Paulũ Castrẽsem in l. j. nu. v. ff. de transacti. Felinum in cap. si clericus laycum. extra, de foro compet. Ad hæc, quod notat gloss. in d. l. post rem iudicatam. in ij. & iij. solutione. ff. de transacti. & text. in l. ingenuum. ff. de stat. homi. Ex his proinde est videre, non opti[illegible] locutum fuisse Bald. in authen. Habita. num. xiij. C. ne fili. pro patre. dum scribit, non esse obediendum Cæsari in pace aut bello, si quid, quod sit contra conscientiam, im-
83 peret. † Imò verò parendum est magistratui cùm in pace, tùm in bello: nisi quæ sunt notoria ac manifesta contra verbum Dei præcipiat,
84 quemadmodùm docui. † Alioquin recluderetur hac ratiõe fraudibus via, & nequissimo cuiq; nihil nõ moliẽdi, ceruicẽque improbã pro suo libitu in magistratum contumaciter erigendi occasio magna esset. Quod vel ethnicis ipsis detesta

* Propter nostrum affirmare vel negare, nihil mutatur in re. Vlpi. in l. assumptio. ff. ad munip. Aristot. in topic.

detestabile semper fuit.l.cùm hi.§.si cum lis.ff.de transacti.l.j.§.sed & si quis.ibi; quemadmodum audacissimus quisque &c.ff.de carb.edict.l.ait prætor.la.j.in prin.ff.de iureiuran.

85 † Aut crediderim potius,Bal.ingenio sublimi virum eo loco intellexisse de Cæsaris imperio,quod esset(vti nos dicimus)cõtra legẽ dei manifestè,Illud vtique refugiendũ est omnibus modis & amni tẽpore & omni loco,vt potè contrariũ conscientiæ fideliũ.† Cæterùm quę

86 etiam dubia sunt in religione & cõtrouertuntur, non dicũtur esse cõtra cõsciẽtiam fideliũ, vt si à magistratu iussa fuerint,declinãda sint, nos monet diuus Augustinus in d. c. quid culpatur. prope finẽ.xxiij.q.j.& latè prius de hoc disserui.

Quare improbus cõsultor ille habendus est: qui subiectis populis atque vasallis cõsulit,vel arma in suũ magistratũ sumenda,vel imperiũ eius detrectandũ,in caussa religionis,quæ verbo dei non repugnaret notoriè palàm,& manifestè. Vt non insulsa videatur fuisse Aeschinis sententia.

87 † Idẽ dicere oportet,ille inquit,tũ oratorem tum legẽ:cùm autem aliã vocẽ lex, aliam orator ædit,iustitię legi suffragari oportet nõ dicẽtis im

88 pudẽtiæ. † Proinde cũ Sopatro censuerim nõ esse respiciendũ ad falsas vulgi opiniones, sed

89 veritatis rationẽ omnibus præferẽdã.† Scribit Plutarchus:tot tãtorumque bonorũ & munerũ, quæ dij largiuntur, nullus est fructus aut

90 vsus rectus sine lege, iure, & principe. † Ius finis est legis: lex principis opus: Princeps autem, imago Dei cuncta administrantis.
91 † Cogitãde proindè cũ Xenophõte illo, quæ vrbs hostilis capta sit, ab obedire nolẽtibus, & quæ amica ab iis, qui parere nolint, seruata sit: quæ etiã obedientiã non præstantiũ sit acies victoriã consequuta. Quo autẽ pacto magis homines vincãtur in pugna, quã vbi cœperint pri
92 uatim quisq; de sua salute cõsultare? † Cogitandã inquam, quòd aliud bonum præstetur ab iis, qui melioribus non parẽt. Quæ vrbes legitimè habitentur, vel quæ domus seruentur, vel quo pacto naues quò opus est, perueniant.
93 † Si igitur principi obedire, maximũ apparet esse bonum ad bona adipiscenda: ita vobis exploratũ esse debet, quòd idem hoc, ad seruandum quæ oportet atq; adeò religionẽ in primis maximum est bonum. Expendendam postremò quid valeant quidque dispalatæ Germaniæ, ac disiunctæ patriæ turcica arma minentur.

Credite mihi, ô pia clarissimæ Germaniæ proles; illius veteratoris antiqui has esse imposturas & manifesta præstigia: qui prætextu expressi verbi Dei, fideles ab obedientia magistratus (quò ita disiunctos commodius voret) seducere conatur. Est is hodie ille serpens Dyabolus, qui olim, ијsq; ad homines decipiendos vtitur artibus; quibus anteà nunquàm. Tẽtauit & me, in

Germa

Germania ter per ministrum quendam eius in signem sathanas: nihilque aliud à me ter efflagitauit, quàm vt ab obedientia & vnitate Romanæ ecclesiæ discederē, & in obortas concederem sectas. Verùm gratia Dei omnipotētis, per unigenitū filiū suum Iesum Christū adiutus, à nefario lapsu semper abhorrui. Præsensi ilico, hos esse dyaboli dolos, qui vnum hoc præ ceteris, sicuti ante hac Cristū tentās etiamnum crepat inquiēs si filius Dei es, id est, si te filiū Dei esse vis cōprobare: è pinnaculo seu è summitate templi, hoc est ab ecclesia Dei viuentis, quæ supra montèm in æditissimo loco posita est, mitte te deorsum. Manifestum enim (ait ille) Dei verbum est, quòd angelis suis mandauit de te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Quare separa te (Dyabolus inquit) à tua sponsa ecclesia, Christe, si filius Dei es, mittēs te deorsum: nihil inde tibi eueniet mali, siquidē expresso dei verbo immunitas pro
94 mittatur. † Ita miseris mortalibus impònit hodiè sathanas, nihil magis suadere illis cupiens, quàm vt à sacrosancta Romana ecclesia eiusque obedientia, vnica Christi sponsa, certa & summa auriga nauique æternæ salutis tutissima, deorsum (in tartara scilicet hæresum & incertarum ac contrariarum opinionum) si filij Dei esse volunt sese præcipites mittant: sic nanque fieri oportere, expresso Dei verbo permultis tēpestate nostra dolosè ac infeliciter suggessit.

Ad institutum redeo.

Tyranno autem principi nùm armata vi resi
sti defensionis ergo, impune liceat: sic præter a-
lios ipse decernendum arbitror. Aut populus, siue
Respublica, cui præest Tyrannus, vult tyrãnidi
eius obsistere, aut subditorum priuatus aliquis.
95 † Priore casu id licentiæ (si neminem alium
quàm Tyrannum superiorem populus habeat)
populo iure permittitur. Sic etenim Tarquiniũ
superbum cum liberis, scelerata coniuge, & tota
familia vi armata à populo Romano exactum,
& aliquoties armatum copiisque auxiliaribus
instructũ vrbẽ amissam repetentẽ, infestis & vi-
ctricibus armis iidem Romani toties repulerũt.
Testatũ hoc prolixe inter cæteros posteritati re-
liquit Liuius lib. j. sub finem, & ij. decadis. j. Pom
ponius Iurisconsultus eius rei singulariter memi-
nit in l. ij. §. exactis. ff. de orig. iur.

Romanorũ eiuscemodi exemplum optima
96 ratione sic æditũ fuisse dubiũ nõ est. † Nam
gentes fuerunt prius in populos distinctæ, quàm
essent Reges, vel Imperatores, aut Principes cõ-
stituti. l. ex hoc iure. ibi, discretæ gentes, regna
condita &c. ff. de iustit. & iure. Quod etiam re-
cto sensu potest euidẽter demõstrari. Neminem
vere appellamus Regem, qui subiectum, quẽ re-
gat, populũ non habet. Alias qualitatem (vt di-
citur) absque subiecto videremur imperite pone
re. l. si seruum. §. j. ff. de action. empti. lege, eius.
§. vlt.

97 §.vlt. ff. si cert. petat. † Sicuti non dicimus, illum proprie Primum seu principem, quem nemo in ordine sequitur, quũ sit vnus: sed proprio sermone illum vocamus primum aut principem, quem nemo antecedit & aliquis sequitur. l. ij. §. deinde Marcus Cato Princeps. ff. de orig. iur. l. j. §. proximus autem. ff. vnde cognati. §. discipuli. ver. in reliqua verò. in proemio digestorum. l. familiæ appellatione. in prin. iuncta. l. pronuntiatio. in. §. iure enim proprio. ff. de verb. signific. l. spadonem. §. si ciuitatis princeps. in princ. ff. de excusat. tutor. l. ex duobus. in princ. ff. de vulg. & pupilla. Ratio huius ob-
98 scura non est: † quoniam vnus licet sit principium numeri: numerum tamen vel pluralitatem non facit. glossa in l. si quis ante. in versicu. solùm. ff. de acqui. poss. ideoq; & caput & finis sui ordinis esse hic vnus intelligitur. d. l. pronunciatio. in fin. ff. de verbor. signifi. l. ij. §. legitima. ibi, & interdum is est primus. ff. de suis & legit. hæredi. & sic quemadmodùm primus, siue princeps, ita & Rex, vere & proprie esse non potest absque subiecto prius aliquo personarum numero, quas dignitate antecedat regat vé.

99 † Quare in proposito Reges à populis & gentibus, gẽtium scilicet ipsarum iure, Dei permissu, cõstitutos fuisse, rectè dicemus. d. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. sicuti & vni, quem demum Imperatorem nominauit, Imperium populus Roma

Romanus, rebus ita exigentibus, olim detulit. l.j.§.nouissimè.ff.de origin.iur.l.j.ff.de constit.
100 princ. † Ergò quùm Reges ab ipsis populis iurisdictionem & imperium iure gentium habeant: meritò abrogare illud eis populi ex caussa legitima velut tyrannidis, & consulta deliberatione habita (quandò nempè alium vt dixi, non agnoscunt populi superiorem) etiam possent. facit textus in lege, quod semel. ff.de decret.ab ordin.facien.l.eius est nolle.ff.de regulis iuris.in l.is potest repudiare.ff.de acqui. hæredi.l.quis sit fugitiuus.§.idem ait si seruus. ff.de edili.edict.indico locum commodiorem ad hoc in.§.iusiurandum.ibi, vt inde sit ei curæ priuatio, vndè etiam datur &c.in authen.de defensor.ciuitat.tradunt (licet per alia iura) Bartolus & Paulus Castren.in l.non ambigitur.ff.de ligi.idem Bartolus in l.hi qui.nu.6.ff.de iur.
101 immunit. † Id quod senatus populusq; Romanus non semel in Tyrannos Imperatores concordibus suffragijs grauiter statuit. Quamobrem senatus iussu de Nerone crudeli, de Iuliano infami & auaro, de Maximino Tracensi homine semibarbaro, condigna supplicia (historici scribunt) sumpta meritò fuere.

Quam igitur potestatē aduersus Tyrannos principes populo qui aliū non habeat superiorē
102 esse ostendimus: † eandem prorsus singulari etiā personæ, cui Tyrannus subditus esset, cō

petere

petere adſerimus.l.normam.C.de offic.præfec. prætor.orint.l.j.ff.ad l.iuliam de ambitu. capi. Alius. xv. quæſt. ij. Abbas ita ſcribit in conſilio ſuo. lxxxij. incipiẽ.quanquam in his dubijs copiosè.colum.ij.verſic.vnde hodie Imperator. lib.vj.Bar.quoq; in l.hoſtes.num.4.ff. de capti. vbi ait,licere Cæſari conceſſa Reipublicæ venetorum priuilegia quandocunque reuocare.

103 † Idem in ſimili de vaſallo eſt videre: qui, ſi malè ſubditos tractet,feudo priuari à ſuo domino poteſt.Mathe.de affli.Deciſ. cclxv.num. 72.97.Alberi.de roſate in l. benè à Zenone.col. iij. ver. An papa habeat aliquā ſuperioritatem &c.C.de quadrien.præſcripti.Felinus in. c.cùm nobis.num.7.verſic.Non omitto &c.extra, de præſcripti.Idem Afflictus in.c. j.§. item ſi quis feudum.in.xxxiij.cauſa priuationis in tit.quib. mod.feudum amitt.

Aut altero caſu quæritur, nùm cuiq; ſubditorum defenſionis cauſa liceat propria auctori-
104 tate occidere tyrannū,eiq; nō obedire? † Reſponderim nō eſſe fas priuatorum cuiquàm ſua authoritate occidere Tyrannum:ei verò,perinde ac ſi iuſtus princeps eſſet, obediri oportere. Si enim omnis poteſtas eſt à deo, teſte Apoſtolo,Romanorum.xiij.& qui reſiſtit poteſtati,dei ordinationi reſiſtit: ſi dominis non ſolùm bonis ſed etiam diſcolis ſubditi eſſe debemus atq; obedire,ex pręcepto Petri in j. c. ij. qua ratione

Tyrann

Tyrannum vel interficere vel ei non parêre sub-
105 ditorum cuipiam licebit? † Huc & ciuiles Romanæ leges, quibus pro regula cauetur, neminem in sua caussa ius sibi dicere posse nominatim cauetur, sunt referendæ. l. creditores. l. si creditur. ff. ad. l. iul. de vi priua. l. vltima. C. de offici. rect. prouin. l. vnica. C. ne quis in sua caussa iudi. l. nullus idoneus. ff. de testib. l. omnibus
106 in re propria. C. eod. de testibus. † Denique si hæc licentia necandi Tyrannos principes priuatis hominibus impunita foret: haud dubiè non raro accideret, vt boni frugique principes à nefarijs quibusque, obiecta falsò Tyrannidis nota, trucidarentur. Quod pertinax domi bellique rebus gestis Princeps bonus & clarus ab immanissimo milite suo est expertus: Alexander Imperator optimus à maximino Thracensi, homine Tyranno, ad Rheni Germanici ripam est passus: Maximus & Albinus sancti ac venerabiles senes, claritudine generis, atque egregijs meritis ad imperij Romani fastigium prouecti, militum crudelitate obtruncati, simili vitæ exitu testantur.

Ad hæc, Diuus Chrisostomus in Homelia
107 de Dauide & Saule censuit: † Principes vtcunque nefarios, crudeles, atque impios, etsi non propter se eorumque malitiam, propter illum tamen. qui eos elegit Deus, esse venerandos & cum honore metuendos. Orationi & de-

creto Chrisostomi probè conuenit legum quoque nostrarum sanctio in l.j.l. ij. C.de crimi. sacrileg. Ob idque & Euripides vel senem ipsum ad obedientiam erga Principem suam sic hortatur inquiens: ô senex ne cum regibus contenderis: Venerandos enim esse principes, antiqua lex est. Non sanè debet Tyrannus Princeps à quoquam priuatorum occidi, vel ita contemni,
108 vt ei non pareatur. † Licet nanque leges & iura, vti principem bonum decet, non tueatur Tyrannus.l. si quando. in princ. C. de inoffic. te-
109 stam.l.digna vox.C.de legib. † attamen id potius contemplari in illo subditos oportet, quòd ab ipso fieri deberet, quàm quôd iniquè fit: vti Paulus iureconsultus probè monet in l. ius pluribus. versic. pretor quoque. ff. de iust.& iur. idcircò diuina afflatus aura Ambrosius in libro, quem de Apologia Dauidis conscripsit, sic propè memoriæ proditum reliquit.

110 † Regum lapsus, pœna populorum est. Sicuti enim eorum virtute seruamur: ita etiam errore periclitamur. Chrisostomus alibi in Homelia prima de verbis Esaiæ, vidi dominum &c. in hunc penè modum non minus verè quàm dis-
111 sertè alloquitur populum dicens: † Si non rectè se habent Reipublicæ negotia, si ab his periculum ingens prominet: incogitantia Principum non est caussa, sed nostra scilicet populorum, iniustitia: pœna est pro nostris sceleribus exacta:

exacta: illa cuncta sursum deorsum miscuerũt: illa quicquid est calamitatum inuexerunt: illa armarunt hostes: illa fecerunt vt victi discederemus: non aliundè nobis malorum examẽ inundauit, quàm ex hac caussa. Proinde quamuis Abraham aliquis esset, qui imperaret, quãuis Moses, quamuis Dauid, quãuis Salomon ille sapientissimus, quamuis è contra omnium hominum flagitiosissimus: si nos malè viuimus, nihil interest, qualis ille sit, quantum ad caussam malorum. Quoniam si transgressor legum fuerit, si temerè nulloq; consilio feratur, nostra incogitantia nostraq; temeritas talem genuit principem: nostra commissa plagam accersierunt.
112 † Nã quòd iuxta corda nostra accipimus principes: nihil aliud est, nisi quod præterita peccata nostra talem nobis dedere præfectum siuè quis fuerit ex consecratis, siuè ex eorum numero, qui mundanas administrant dignitates. Hæc & id genus quàm plura alia in eo, quem diximus, loco & sanctè & piè & verè commemorat de caussis malorum principum Chrisostomus: vir, qui admirabili eloquentia & sanctitate pereximius vitam suo æuo beatissimam vi
113 xit. † Itaq; Deus omnipotens quum irascitur peccatis populi sui inquit: Dabo tibi Regem in furore meo, & auferam (quod in festino nimis obitu Marcelli secundi Pontificis Maximi atq; optimi ante sesquiannum vniuersa Respublica

publica Christiana non sine graui mærore sen sit)in indignatione mea. Oseæ. xiij. Et alibi legitur: facit Deus regnare hominẽ hypocritam propter peccata populi. Iob. xxxiiij. rursus, sicut diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini: quocunque voluerit, inclinabit illud. Prouerbiorum. xxj. Cor docile dat quibus vult Regibus Deus. Regum iij. cap. iij. indurat, hebetat, immutat, & quò vult Regum corda vertit altissimus. Exodi. vij. viij. ix. xiiij.

Quid igitur attinet, de Tyrãnis principibus subditos cõqueri, quum nos ipsi doloris nostri vnicè caussa simus? Quamobrem illatas aut inferendas à Tyranno nobis iniurias armata vi vel vlciscemur vel euitauimus: si crimina nostra incommodum Tyrãnidis, iram Dei, nobis pepererunt? Antiquis dudùm legibus cognitũ
114 est: † damnum, quod sua quisque culpa sentit, sibi ipsi non aliis adscribere debere. l. qui proprio. §. procurator. ff. de procur. l. si sine. §. cùm autem. ff. rem ratam haberi. l. si merces promissa. §. culpæ. ff. locati. l. si quis negotia. ff. de neg. gest. c. damnum. de reg. iur. lib. vj. Cur tyrannis Regibus contumaces nõ obediemus: si illorum potestas à Deo sit, & illorum corda in manu Dei? obtemperandum est proindè magistratui quantumuis impio atque Tyranno: nisi quid notoriè contra verbum Dei iuberet, aut quę alias manifestè contra legem ciuilẽ sunt, vel ad ipsius officium

officium non pertinent, imperaret: quemadmodùm in proximis duabus quæstionibus à nobis est significantius demonstratum.

Neque me Ciceronis sententia mouet: existimantis Tyrannum Regem posse quocunque ius iustè interimi. † Porrò hæc & alia huius generis quàm plura in ciuili hominū vita ethnicæ philosophorum cæcitati visa fuere probabilia, æqua, honesta: quæ pietas Christiana tum veteri tum noua lege Dei reprobauit. Scriptum etenim est (teste Apostolo) perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo. Nonnè stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Et iterùm, Quia quod stultum est Dei, sapiētius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Et alibi: sapientia huius mundi, stultitia est apud deum. Prima ad Corinthios, cap. j. &, iij.

Non aduersatur sententiæ meæ argumentū illud de maiestatis crimine, quod Tyrānum incurrere priore loco diximus: siquidem à me illic traditis locus duntaxat sit, in homine priuato, qui vel transfuga vel perduellionis reus existat: idque allegatæ leges, quæ magistratum tyrannidem exercentem neque quàm possunt referri, perfacilè indicant. Pro ista responsione textus est in l. iul. la secunda, ibi, cùm imperium potestatemuè haberet, ciuem Romanum &c. in l. qui dolo, ibi, vel is qui potestatē imperiumuè

habebit

habebit & certa. l. qui noua vectigalia. ff. ad l. iul. de vi pub.

Nec nobis contraria sunt exempla Iudæorum, qui Dei spiritu permoti Tyrannos reges quandoque obtruncarunt. Iudicum iij. iiij. & v. Nam illa quę Dei spiritu aguntur, non possunt
116 humanis legibus diiudicari. † Quoniam qui inferior est, non valet quicquam contra aut prętet legem superioris decernere. l. normam, C. de offi. præfec. præt. orien. facit tex. in l. nam magistratus. ff. de recept. arbit. cum similibus.
117 † Ambrosius quoque in c. nec is. ver. illud. xv. q. j. non nisi de impio per magistratū occidendo est locutus: quùm delicta legitimè non punire, aliud nihil sit, quā bonis nocere. §. quod si delinquentes. vbi glo. in ver. simplicium. in authen. de mandat. princip. Ideoq; sanctus ille vir ait: quum interficitur impius, Christus infunditur. Quod est vtrique verum, si legitimè per iudi-
118 cem reus neci detur. † Inde nimirùm Eusebius de reis puniendis verba faciens inquit: scire magistratum oportet, quòd mors ipsa ab ijs, qui primùm eam in reos constituerunt, non ceu malum aliquod sontibus impositum sit: sed tanquam extremum præsidium, & loco medicamenti pro illis, qui malitia absolui nequeunt, vt hoc saltem modo, quoniam aliter fieri non potest, in præsentia liberati malitiæ vinculo, ipsam effugiant. Similem habuisse sensum Baldus, cre-

ditur in l. data opera. C. de his qui accusa. non poss. Non equidem diffiteor, violentiam Tyranni, quatenus durat, iustè propelli: sed à Republica vel à maiore magistratu: vt anteà à nobis est æquissimè declaratum. Et facit textus per Bald. inibi citatus in l. decernimus. C. de sacrosanct. eccles.

119 † Quod autem allegabatur: subditos non esse cogendos fidem seruare Tyranno, quia non seruat subditis ipse eandem. l. cùm proponas. la. ij. C. de pact. cum similibus. Est prorsus verùm, dummodo subdit cùm suo Principe Tyranno agant iure, non vi aut iniuria: sicuti annotatæ ad hoc leges appertissimè probant. textus est in l. creditores. ff. ad l. iul. de vi priua.

Sequens obex, vt posit sibi quis contra aduersarium suum esse iudex, si copiam alioquin iudicis sui non habeat. l. generali. C. de decurionibus, libro decimo. l. si alius. §. bellissimè. digest. quod vi aut clam. cũ similibus. Aequè diluitur:

120 † quia adductis legibus illis solùm est locus, vbi magistratus cum magistratu, aut officialis cum officiali, vel priuatæ conditionis homo cum priuato contendit: non etiam quandò priuatus contra magistratum aliquid tale audet. Quippè tunc Dei ordinationi resisteret iniquissimè, vti anteà docui.

121 † Ex quibus oppidò liquet, Thomam aquinatem in libro, quem Regi Cypri de regimine

mine

mine Principum inscripsit, à scopo nimiùm aberrasse. Imò verò Tyrannis Regibus neque armis neque inobediētia, sed sola duce Iustitia per Rempublicam seu maiorem aliam potestatem est obuiandum, per prædicta.

122 † Nouissimè illud, quod limitatè tradit, Andreas de Ysernia in tit. Quæ sint regal. ver. Et extraordinaria &c. vt cùm superioris copia aduersus Tyrannum subditis nulla esset, tum propria vi eos posse Tyranni impetus cohibere: recipiendum nullo pacto duxerim. Si enim copia superioris adendi iudicis nulla esset: nihilominus tamen subditos illa perferre Tyrannidis incommoda patienter deberent. Propter eorum culpas & crimina (quod sæpius nobis est repetendum) Principem Tyrannum illis dedit Deus. Ergò contra dispositionem Dei priuata auctoritate ac temerario ausu ire nequeunt. Meminerint illi rectius huiusmodi malum sua ipsis culpa accidisse: ideoque lugere & deprecari à D. O. M. culpam eos decere: in Tyrannum autem doloris causam referre nullo iure, nulla ratione posse. c. damnum. de regul. iur. libro vj. l. cum duobus. §. vltim. cum l. sequenti. digest. pro socio. l. qui proprio. §. procurator. digestis de procurat.



Finis.

# Rerum memorabilium huiusce operis Index.

## A

Declara

Fieri id

Germa

G



H



I



causſam

L

N



O

P



*Pœnam*

S



ab aduer

T

V



Vnum

FINIS.

# ERRATA.

Pagina 26. in addi. lege, sæuire sineq́; duce ab hoc æthereæ subtrahi. pagina 42. in fine addi. ibi, habetur, repone habentur. pagina 57. in additio. lege, æquipollentibus retorquere. pagina 74. ibi. 110. repone 100. pagina 91. in addi. ibi, expetende, lege expetendæ, in eadem, ibi opponitur, lege, operitur. pagina 100. in fi. addi. lege inuitas nouam. pagina 115. in additio. circa principium ibi, res nosta, lege res nostras. pagina 117. in additione ibi, rogerij, lege, regis. pagina 119. in addi. ibi, ambiguæ deternatio. lege, ambiguæ determinatio.